DE

THERAEORUM INSULIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE V. M. IUNII A. MDCCCLVI.
H. L. Q. S.
IN PUBLICO DEFENDET

AUCTOR
EDUARDUS VOSWINCKEL
HAMMENSIS WESTPHALUS.

ADVERSARII ERUNT:
C. E. F. ASCHERSON, DR. PHIL.
E. DE BELLE, DR. IUR. UTRIUSQUE.
R. SCHULTZE, CAND. PHIL.

BEROLINI
TYPIS GUSTAVI SCHADE.

PATRI DILECTISSIMO

SACRUM.

Κέκλυτε, παῖδες ὑπερθύμων τε φωτῶν καὶ θεῶν·
φαμὶ γὰρ τᾶσδ᾽ ἐξ ἁλιπλάκτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
ἀστέων ῥίζαν φυτεύσεσθαι μελησίμβροτον
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις. — — —
Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτάσει μεγαλᾶν πολίων
ματρόπολιν Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
λίμνας θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ γαῖαν διδόντι
ξείνια πρώραθεν Εὔφαμος καταβάς
δέξατ᾽· αἴσιον δ᾽ ἐπί οἱ Κρονίων Ζεύς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.

Medeae vaticinium Argonautis datum ap. Pindar.
Pyth. IV, 13 sq.

Priusquam in res Theraeorum ingrediar enarrandas, quibus usus sim libris ad id quod proposui, deinceps tradam, et ita quidem, ut veterum testimonia praecedant.

Theraeorum res qui singulari tractatione exposuerit, novi neminem. Philostephani Cyrenensis et Heraclidis libros *περὶ νήσων* scriptos (St. Byz. pag. 395, 19 et v. *Ὠλίαρος*) et Callimachi *πόλεων κτίσεις* (Suid.) dolemus intercidisse.

Antiquissimi qui de rebus Theraeorum egerunt auctores sunt Pindarus et Herodotus. Quorum ille regi Cyrenaeorum cum patriciis Theraeis coniuncto familiaris narrationibus gentiliciis nititur, hic et res historicas et fabulas ab ipsis Cyrenensibus Thera oriundis (Thrige hist. Cyren. Havn. 1828; Hardion hist. de la ville de Cyrène M. de l'Ac. d. J. III. p. 391 sq.) atque Theraeis exploravit, regiis simul Spartiatarum annalibus usus (*ἀναγραφαῖς* Plut. adv.

Colot. c. XVII. p. 268; Ages. vita c. 19 coll. Paus. Lacon. init.; Tac. IV, 49) qui non modo stemmata sed etiam res a Spartiatis gestas continuisse videntur. Neque Emmenidarum, gentis Agrigentinae quae a conditoribus Therae deduxit originem, annales praetermittimus, unde Menecrates et Hippostratus (ap. schol. Pind. Ol. II, 16) deprompsisse stemmata videantur. Apollonius Rhodius qui libro IV. Argonauticorum de Therae origine dixit, partim Pindarum secutus est.

Quodsi res antiquissima aetate gestae ab his auctoribus luculenter enarrantur, insequentium testimonia scriptorum rara extant, Thucydidis et Aristotelis, licet huius descriptio Theraeorum reipublicae interierit (frg. un. ap. Arist. pol. IV, 4).

Sed hodie haec aliis monumentis historicis compensantur, inscriptiones dico, testes haud contemnendos (edid. A. Boeckh in corp. inscr. vol. II. sect. VII. part. XIII; L. Ross. in ined. inscript. fasc. II et III, addita A. Boeckhii praelect. Acad. Berolin. 1836.; Jan. Febr. Pittakis in Ἐφημερ. Ἀρχαιολ.; Rangabé Antiquités Helléniques t. II. 1855). Quae quidem Theraeorum instituta bene declarant, praecipue illud quod vocant Epictetae testamentum hac aetate Theraeorum populo iure adscriptum. Praeterea tituli aliquot ad Imperatorum Romanorum honores spectant. Ex Hieroclis (Synecdem.) et Constantini VIII aetate Porphyrogeniti (de themat., de administr. Imp.) in Byzantiorum libris laudari Theram vix crediderim.

Ex geographis Dionysius in periegesi, Ptolemaeus, Pomponius Mela, Theram haud neglexerunt, eaque Straboni,

Senecae, Plinio quos Posidonii Apamensis et Apollodoti eius discipuli libris usos esse liquet, propter physicam originem et vicissitudines maxime memorabilis visa est.

Quattuor fere saeculis ex Constantino VIII confectis Thera in itinerariis navigantium describitur, prout quisque cognitione rerum utitur, diligentius aut indiligentius.

In his memorabilis Christoph. Bondelmontius sive Buelmontius (ann. 1422) Florentinus libro insularum Archipelagi conscripto, quem a. 1824 Sinnerus Lipsiae et Berolini edidit. Is de Therae quae nunc est origine primum exponit; deinde sequitur de animali marino quod appellat Phulpu, narratiuncula; contendit denique auctor T. Livio teste, id quod falsum est, a Romanis, Attali classe, Rhodiis oppidum insulae dirutum esse. Dapperus merito a L. Rossio (It. inss. Aeg. maris I. p. 95) indiligentiae accusatus potissimum de rebus geographicis Theraearum insularum egit, et historiam ipsam brevissime attigit. Ioannes Pittonius Tournefortius (Voyage du Levant vol. I. lettre VI. p. 325 sq. Paris) quidquid ad insulas Theraeas pertinet, accurate composuit, primoribus vero labris, ut aiunt, attigisse eum observationem regionum iudicant. Idem res medio aevo gestas exposuit et locos insularum in ordinem quendam digessit. Addimus his Pasch de Krienen Batavum (a. 1771), et praefecti classis Batavicae Kingsbergeni descriptionem Archipelagi, quem L. Rossius (praef. vol. I. l. l.) iudicat esse tenuem et macilentum periplum usui nautarum destinatum. Quo quidem libello primum recentium geographorum ordinem cogimus.

Sed alterius epochae libros multo graviores esse putamus, cum et rerum cognitione et intellectu naturae et falsi verique discrimine excellant. Nam Choiseul-Gouffier, a Francogallorum rege missus, cum praeter continentem Graeciae insulas etiam visisset, Theram sive Santorini »phaenomenorum inferorum auctorem et magistram« luculenter descripsit, librosque superiorum de Thera scriptos primus diiudicare coepit (Voyage pittoresque en Grèce, part. I, pl. XIII. p. 21 sq.). Tabulae accurate depictae et insularum VI adspectus et nonnullorum locorum amoenitates continent. Fiedlerus quanta diligentia rem physicam et geologicam ad minimas partes explicuerit, inter omnes constat (Reise durch Griechenland. vol. II. p. 453 sq. Lips. 1841). L. Rossius quidquid superiores scriptorum prodiderunt memoriae, denuo critice inquisivit (in itin. inss. Aegaei maris, tom. I et III). Qui ratione et via adhibita, quatenus accurate fieri potest, constituit quo ordine insulae mari emerserint, ac simul Therae qui nostra aetate est statum adumbravit. Pegius Francogallus (histoire et phénoménes du volcan etc. de Santorin, Paris 1842) in oppidis antiquis disponendis paullum ab eo discedit; quantum intelligi potest, in rebus sui temporis civilibus et ecclesiasticis luculentus auctor, modo ne res antiquas haud satis accurate tractavisset.

Odofred. Muellerus cum superiores de rebus Theraeorum vel nimis breviter vel haud critice scripsissent, com-

[1]) Thrigius laudat insuper Sonninii librum (Reise durch Griechenland p. 112—134) et Olivarii (p. 477—479).

plexu fabularum ad fontem reducto hunc rerum Graecarum locum in libro qui inscribitur »Orchomenos« (in cap. XII. XIV—XVI) clare exposuit. Rhodii Lemniaca qui in rebus tantum minutis ab O. Muellero discedit, laudavisse sufficiet.

Praeter hos libros usus sum hisce:

historicis 1. Tych. Mommsen: Pindarus, Kil. 1845, c. II.

2. Movers: Phoenicier vol. I. pag. 266.

geographicis 1. Mannert: Geographie der alten Völker vol. VIII. p. 730 sq.

2. Dureau de la Malle: Géographie physique de la mer Noire, de l'interieure de l'Afrique et de la Méditerranée, Paris 1807.

3. C. v. Hoff: Geschichte der Veränderungen der Erdoberfläche. Gothae 1842 (Preisschrift) vol. I. p. 153—167.

De lingua Theraeorum ac Cyrenensium Ahrensius (de Graecae ling. dialect. T. II. p. 24 sq.) disseruit (cf. L. Ross, It. Ins. I. p. 85).

Nummos autem Theraeos ex Raschio, Eckhelio, Mionneto (déscript. de médailles ant. Gr. et Rom. Paris 1806) Pegius singulari capite collatos composuit.

Tabulas geographicas inspexi has:

1. *A*) tabulam per Ginestium navarchum Francogallum accurate descriptam et a Carolo Rittero, qui summa cum voluntate eius mihi usum permisit, ex illius autographo delineatam, ac deinceps ab Henr. Kieperto forma lithographica expressam necdum tamen editam.
2. *B*) tabulam Anglicam: »Santorin Island ancient Thera surveyed by captain Thomas Graves, a. 1848.«

3. *Γ*) »carte du dépôt général de la guerre, serie I, pl. V.« Quam tabulam A. Boeckhius inspiciendam benignissime tradidit.
4. *Δ*) »carte de l'expédition scientifique en Morée, sous Mr. Bory de St. Vincent«, quam in Fiedleri itinerario (p. 452) ad minorem formam reperies redactam.
5. *E*) tabulas Choiseulianas. Inferioris vero notae sunt tabulae quas Dapperus ac Tournefortius libris suis adiunxerunt.

Dissertatio Therae quidem potissimum sed oblata occasione Meli etiam ratione habita hanc viam inibit, ut primum res geographicae explicentur (§. 1 — 4), ita quidem, ut §. 1 de origine insularum et natura agatur universim, §. 2 situs, §. 3 quo ordine quibusque annis insulae emerserint, definiatur. Descriptionem locorum §. 4 persequetur.

Deinde quidquid ad res historicas pertinet, §. 5—10 tractabitur. §. 5 — 7 de rebus Theraeorum antiquissimis, §. 8 de aetate inde ab imperio Romano usque ad medium aevum aget. Antiquitates civiles et sacras §. 9—10 complectentur.

PARTICULA I.

DE REBUS THERAEORUM GEOGRAPHICIS.

---

§. 1.

Mare internum inimicis ignium viribus quae solum eruunt et prorsus commutant, diversis temporum intervallis ex imo concutitur. Itaque cum terra intima antiquissimis aetatibus nondum esset satis refrigerata ac temperata, ignea materies et Ponti Euxini et Atlantici maris aditum sibi aperuit, ut aquarum fluctus vallem ingentis magnitudinis feracissimam abhinc plane everterent et inundarent[2]). Sic Bosporo fretoque Gaditano enatis Aegaei maris insulas hic ignium impetus reliquit. Quarum aliae continenti avulsae, aliae ut Strabonis appellatione utar, maritimae (*πελάγιαι*) inveniuntur, et hodie, cum olim vallium fines montium nomine circumscribebant, ordinem apicum sub terrae cavernis ardentium efficiunt. Ex oribus autem apertis ad tempus

---

[2]) Exposuit hanc rem Dureau quo capite de mari interno scripsit, et Zimmermann.: das Meer etc. II. p. 268 sq. — Choiseul I. p. 22: »Ces eaux se seront fragés une route, qui les aura sans doute ouvertes par un grand tremblement de terre, seront entrées par le Bosphore, et auront formée cette partie de la Méditerranée.«

flammis eructantibus crateris labra varias in figuras conversa litoribus insularum suam cuique formam praebuerunt.

Eiusdem naturae insulas Theraeorum vires inferae procrearunt, Callistam sive Theram, Therasiam, deinde quas Caïmenas (*Κεκαυμένας*, les îles brulées) appellant (§. 2). Quibus natura propinquas esse Melum[3a]), Antimelum, Cimolum, Polyaegum quales hodie extant, e sulphure et lapide trachyto compositas Fiedlerus p. 379 sq. explicat. Sed Melo antiquitus aliam formam fuisse Plinius prodit memoriae; erat enim rotundissima insularum (n. h. IV, 23; Solin. c. 11).

Atque intra Theraei quidem freti crateram aquis hodie obvolutam inferas vires similium commutationum auctores fuisse, et originis Theradum historia et physica observatio docuerunt.

Quas enim hodie plures conspicis Theraeorum insulas, antiquissimis temporibus una insula erat, cuius naturam ad principia reducere studet Fiedlerus p. 486. Tunc vero sicuti hac aetate Perissae Ecclesiae planities pulvere posito in lapide fissili argillaceo crystallorum ratione granato Thera vetus abundavit. Cuius crateram vim summam habere in Peloponneso et Cycladibus Leo-

---

[3a]) Constat hodie Melius mons Eliae (Fiedler p. 381) ex lapide calcario in mica posito; Antimelus rubro trachyto abundat, Melus nigro in columellas dissecto et lapide Obsidiano distinguitur. Sulphur Melium Poll. VII, 99: »*καὶ τὰ* (*μέταλλα*) *ἐν Μήλῳ καὶ τὰ ἐν Νισύρῳ τοῦ θείου.*« Plin. nat. hist. 35, 56; Dioscorid. V, 124; alumen Melium Plin. n. h. 32, 52; Dioscorid. V, 123; melinum (*μήλινον*) quo pictores utebantur ad album colorem exprimendum. Plin. n. h. 35, 19; Dioscorid. V, 180; al.

pold. Buchius iudicavit (conf. Déscription physique des îles Canaries p. 403); si enim hic Therae conus trachyticus ascenderet et vaporibus quibus referta est terra intima, exitum sponte praeberet, Peloponnesum et Cyclades terrae motibus liberari, qui antiquitus urbes florentissimas in profundum maris submergebant.

Originem Therae haec iudicia virorum doctorum illustrabunt.

Alex. Humboldtius (in Cosm. I, p. 252 cum nota; cf. Fiedler p. 454): ‚Unter den Eruptionsinseln, welche den Reihenvulcanen angehören, ist Santorin die wichtigste.' »Sie vereinigt in sich die ganze Geschichte der Erhebungsinseln. Seit vollen 2000 Jahren, soweit Geschichte und Tradition reicht, haben die Versuche der Natur nicht aufgehört in der Mitte des Erhebungskraters einen Vulcan zu bilden.« Chr. Bondelmontius c. XIX. p. 78 (Ross. It. I. I. p. 55): »Quae fertiles«, inquit, »et populata nimis existimabatur et propter vulcani combustionem medietas in profundum maris est submersa, cuius partem ad modum lunae exustam videmus et Therasia (? § 3) hodie nuncupata et eam inter que[3b]) etiam partem Chaos remansit aquarum.« Choiseul. I. p. 22: »Je ne doute point, que lors de cette première revolution un volcan immense ne se soit ouvert et n'ait englouti toute la partie de l'île, qui se trouvait dans l'espace qu'occupe aujourd'hui la mer entre Santorin et Aspronisi, autrefois Therasia (? § 3); et p. 23: l'île de Théra a pris alors dans cette partie la forme d'un croissant presque fermé par Therasia. Je re-

---

[3b]) Ita scripsit Bondelmontius, si Sinnero et L. Rossio credendum est. Sed mendum scripturae subesse videtur.

trouve dans toute la côte de ce Golfe composée de rochers escarpés noirs et calcinés, les bords de ces enormes foyers, et si j'ose le dire, les parois internes du creuset, où cette destruction[4]) s'est opérée.«

Therasia Therae fragmentum (§. 3) et Aspronisi saxis liquefactis continentur; sunt enim in universum Therae natura simillimae. Pumicem in Theraeorum finibus reperiri iam schol. Pind. Pyth. IV, 11 confirmat: »*ἱερὰν εἶπε (Πίνδαρος) τῆν Θήραν ἤτοι διὰ τὸ περὶ τὴν γῆν ἰδίωμα· κισηρώδης γὰρ οὖσα* — — —.« Quem quidem Fiedlerus (p. 480) infra Pyrgum, Choniam eunti et Bothonam, reperiri positum inter arenatum aquatile tradidit. Ceteris vero litorum partibus montium Theraeorum strues nigris scoriis, veluti prope solis occasum (p. 461), ordinibus candidis rubris gilvis striatae designantur, trachyto lapide et liquefacto, pulvere vulcanico, cineribus, asprochomate seu pulvere puteolano immixtis. Sed montes, qui media in insula iacent, Stephani et Eliae maior minorque, maxima parte lapide calcario sustinentur. Coccinus Vunus (Peg. p. 104) id quod nomen ipsum significat (»collis rubicundus«, *Κόκκινος Βουνός*), tophi rubri calcinati struibus excellit.

Alteram insulam, quae ab incolentibus Palaea Caïmena nominatur, rubicundo et fusco trachyto tenuiter acervato ac prismatis singulis minoribus candidi spongiosi spati agrestis adsperso insignem describunt. Eandem fere quam Palaea imaginem Micra et Nea Caïmenae novissime fluctibus exortae praebent; sunt enim maxima parte e nigris scoriis compositae (Fiedler p. 471).

---

[4]) Ita circa Apanomeriam (p. 33) dicit esse: »des rochers enormes, partout dechirés et calcinés.«

Veteres poetae, Pindarus (Pyth. IV, 32 sq.) et Apollonius (Arg. IV, 1729 sq.) Callistae originem fabula composita exornant. Glebam enim Neptuni donum aut in mare deiectam aut e manibus unius ex heroibus delapsam in aequor Argonautis in patriam redeuntibus ad insulae magnitudinem accrevisse atque ita Callistam esse enatam.

§. 2.

Callista [5]) quae postea ex conditore Graeco Therae

---

[5]) Pind. Pyth. IV, 258; *ἐν τῇ νῦν Θήρῃ καλεομένῃ νήσῳ, πρότερον δέ Καλλίστῃ τῇ αὐτῇ* Hdt. IV, 147; *Καλλίστη ἡ Θήρα πρότερον* Hesych.; Callimach. frg. 112 ap. Strab. VIII, 347; XVII, 387; schol. Pind. P. IV, 459: »*Καλλίστη προπάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη.*« Ap. Rhod. IV, 1713; Plin. n. h. IV, 23; Paus. III, 1, 7; 15, 4; VII, 2, 2. Thera non a *θηρίοις* (»Arabesken, eingewebt in Teppiche«) vel *θηροειδέσιν*, quod Moversius I. p. 268 cogitare videtur, derivationem habet. Haec enim opinio cum testimoniis historicis et analogia grammatica pugnat. — Sed in Genes. X, 2; 1. Chron. I, 5 nomine Thiras (תִּירָס) Theraeorum insulam significari negarim; neque enim Thiras in catalogo gentium inter Iaonis libros sed inter Medos et Graecos Iapetita habetur. — Nomen Callista Punicum sit an Graecum, dubitari potest. Odofr. quidem Muellerus (Orchom. p. 319) memorabile esse iudicat antiquissimum insulae nomen, Callistam, vere Graecum esse, quamquam usurpata coloniae Punicae opinione Punicum nomen exspectamus. Omnes qui ad insulam iter fecerunt et primus quidem Bondelmontius (Cap. XIX, 1) hanc etymologiam persequi amant. At si nomen Ionicum erat (cf. §. 5 in.), quid Minyae Graecam appellationem sine ulla causa commutarunt? Conicio igitur nomen Callistae revera Punicum esse. Nam si Graeci fertilitati insulae adducti nomen Punicum ad significationem illam deflexerunt, nihil aliud fecerunt, quam quod in nomine Astroarchae; ita enim in Herodiani libro (hist. Rom. p. 112, 14) Luna dea quam Syri vocabant Astoreth, quasi, »astrorum dux et regina« nominatur. Ac de barbarorum quidem nominum etymis Nicanor in metonoma-

nomen accepit, ex X vel XI saeculo Santorini[6]) (*Σαντωρήνη* Ross. it. i. III. praef. p. X.), tum Sporadibus[7]) tum Cycladibus[8]) a nonnullis adicitur. In ea parte maris Aegaei quae Creticum appellatur, inter 36° 21′ 30″—28′ 30″ latitud. septentrional. et inter 23°—23° 11′ longitud. oriental. (*Δ*) posita, a Cretensibus stadia fere septingenta (Strab. X, 484. s. 347) distat et e regione Diae ad Heracleum Gnosium collocatae, ab Io insula XXX fere milia passuum (Plin. n. h. IV, 23) ad septentrionem, ab Anapha adversum occidentem, ab insulis Melo, Sicino, Pholegandro adversus libonotum, ab Anydro et Amorgo inter occasum brumalem et meridiem, a Carpatho Rhodiisque ad caurum spectat stadia fere CC (Strab.) seu II et $^{1}/_{32}$ □ mil. geograph. seu 35 $^{1}/_{2}$ minut. (*Δ*) complectens.

---

siis ap. Lobeck. Pathol. Gr. I, p. 313, not. 27 (St. B. v. *Τάναϊς*): »*ἡλλήνισται τὰ πολλὰ τῶν βαρβαρικῶν ὀνομάτων.*«

6) Variat valde apud scriptores haec forma; Bondelmontius enim Santellini, Dapperus tabulis nauticis auctoribus Santori, alii San Tarin vel Santerin, Francogalli si vertunt nomen, St. Irène appellant. Richardo missicio ecclesiastico auctore (a. 1656) incolae a martyrissa St. Irena, quae Leone Imperatore supplicium subisse traditur (Peg. Fiedler. Tournefort.) nomen accepisse insulam dicebant. St. vero Irenae ecclesia in Therasia est exstructa. O. Muellerus (Orch. p. 311 n.) iure nomen recens ex antiqua Thera derivandum putavit, Lemni nomen comparans *Σταλιμενὴν*; interpretatione enim docta qui hac de re egissent, usos esse. Pegius p. 98 de nominibus Therae eiusque etymo plerumque falsa, partim figmenta tradit.

7) St. B. v. *Θήρα* I. p. 313, 12; D. Per. 147; Strab. X, 5. p. 347; Eustath. ad. D. Per. 530; Pomp. Mela II, 7. (Dicaearch. v. 36, p. 26 Hds.)

8) Schol. Plat. Orellii p. 91 C.; Hieroclis Synecdem. *κθ′* p. 395, 30; Const. Porph. de them. I, 17. p. 43, 13; Thucyd. II, 9, 3. Plinius (n. h. II, 89. IV, 23) sibi non constare videtur.

Ceterae Therades (*Θηράδες* Hegesander ap. Ath. X, 433; cf. de nomine L. Ross. It. ins. I, p. 84. not. 15; contra O. Mueller Orch. p. 331. not. 1) octo sunt:

1. Therasia[9]) (*Θηρασία* St. B. I. p. 313, 18; Strab. X, 484), hodie Thirasia ac Tiresia, quod nomen Fiedlero iudice Theram minorem significat, hac aetate ab hominibus fere CCCXX culta (L. Ross. I. p. 88) XV mil. pass. (*A*) amplectens, L. Rossio aestimante (I. p. 85) semihorae in latitudinem et in sesquihorae longitudinem porrecta, inter septentriones et occasum solis Therae spectat et ab Aspronisi septentrione et ab Ietis meridie. Stephanus haud sane accurate positam esse „*ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας*" dicit. Itaque Palmerius exercit. in auct. Gr. p. 281 „*Κυνουρίας*" emendavit, quod A. Meinekio parum aptum videtur, Theilius et Coraes minus bene „*Καρίας,*" A. Meinekius aptius „*Κυθηρίας.*" Item Strabo quo Stephanus auctore usus videtur I, 3. p. 57[10]): „*οἷον εἴ τις λέγει τὰς περὶ Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους ἱδρυμένας ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας.*" Rectius ille situm X, 5, 1. p. 484 definivit. Grosskurd. ad Strabon. lib. I. vocem *τὰς* in *τὰ,* ita ut suppleret, „*γενόμενα*", immutavit, et quod libris I et VIII cursim nec accurate satis scripsisset, libro X a scriptore correctum censuit. Conferri potest Conon (ap. Phot. cod. 186) de Anaphae situ: „*αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, οὐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων*",

---

9) St. B. v. »*Θηρασία ... τὸ α μακρόν· ... ὁ νησιώτης Θηράσιος.*« — De Thera idem: »*Θήρα ... ὁ οἰκήτωρ Θηραῖος καὶ Θηραία· καὶ Θηραϊκός· τὸ δὲ Θηράσιος ξένον. Θηρασία γὰρ νησίον ὡς εἰρήσεται.*« — Hiera Vulcani an Therasiam nomen tulerit, maxime dubium est (vide not. 15. a.).

10) Et. VIII. §. 29. p. 347.

qui locus coniecturam „*Κυνουρίας*," defendit. Sed vitium ad veteres tabulas geographicas referendum esse videtur. Sic Stephanus vel potius scriptor incertus Thiam (§. 3) apud Melum (*πρὸς Μήλῳ*) existimat sitam esse, quam Therae insulae adiacere dicendum fuisset. Itaque Straboni verba „*μεταξὺ Κρήτης καὶ Κυρηναίας*" relinquimus.

2. Palaea Caïmena (*Παλαιὰ Καϊμένη*), intra 23° 2′ 18″ — 4′ o. long. et 36° 22″ 30″ — 24′ 22″ s. lat., XII stad. circuitum amplectens Strabonis I. p. 57. c. 3. §. 12 auctore. Est enim Palaea vetus Hiera (*Ἱερά*) quam laudare loco illo videtur (§. 3).

3. Aspronisi (*Ἀσπρονήση* i. e. insula candida) inter 36° 21′ — 22′ s. l. et 23° 1′ 15″ — 18″ o. l. sita.

4. Micra Caïmena (*Μικρὰ Καϊμένη*).

5. Nova Caïmena (*Νέα Καϊμένη*), inter 36° 23′ — 24′ s. l. et 23° 4′ — fere 5′ o. l.

His addimus aliquot minores insulas vel scopulos:

6. Christiana (*Χριστιανά*), veteribus testibus a fabuloso quodam rege Melane *Μελάντιοι σκόπελοι* Ap. Rh. IV, 1707; Hesychio *Μελαντιὰς χοιράς*; Orph. Argon. 1363; Apollodor. I, 9, 26; Strab. XIV, 71 Tchn. appellata non incoluntur. Inter 36° 15′ s. l. et 25° 13′ o. l. iacent (*B*).

7. Ad euronotum vergunt Ascani (Ascania Plinii IV, 23. §. 70?) et Esgrati Rock (*B*), quarum illa ad 47′ altitudinem adscendit.

8. Hippuris (Plin. n. h. IV, 23; Melae II, 7. §. 17; Schol. Ap. Rh. IV, 1710 *Ἱππουρίς*), Harduino »quantum conicere licet, Anaphae ad ortum obiecta, Hiera« (?), L. Rossio auctore (It. Inss. I. p. 80) summa earum cautium, quae hodie nomina Pacheae (*ἡ Παχειά*) et II Euthenorum (*τὰ Εὔθηνα*) et Macriae (*ἡ Μακρειά*) ad orientem

versae ferunt. Quam Timosthenem (*σταδιασμῷ*, cf. Steph. B. p. 11, 2) et Pythaenetum in libro primo de Aegina scripto laudasse tradit interpres Apollonianus.

§. 3.

Quod cum dubium sit quo anno nonnullae insularum enatae sint, locos auctorum comparabimus ut originis tempus definiamus.

Plinius enim nat. hist. II, 89 (87) §. 202, ubi Theradum annos perscripsit:

»Clarae iam pridem insulae,« inquit »Delus et Rhodus memoriae produntur enatae. Postea minores, ultra Melon Anaphe, inter Lemnum et Hellespontum Neae, inter Lebedum et Teon Halone: inter Cyclades Olympiadis CXXXV anno quarto Thera et Therasia. Inter easdem post annos CXXX Hiera eademque Automate. Et ab duobus stadiis post annos CX in nostro aevo M. Iunio Silano L. Balbo consulibus ad VIII Idus Iulias Thia.«

Cum hoc loco IV, 23. §. 70 comparetur:

»Thera cum primum emersit, Calliste dicta. Ex ea avulsa postea Therasia, atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera; et in nostro aevo Thia iuxta eandem Hieram nata. — — Sequuntur Lea, Ascania, Anaphe, Hippuris.«

Huius loci menda et vitia partim ad librarios partim ad Plinium ipsum conferenda esse videbimus.

Nam praeterquam quod auctor secum pugnat, nunc Therasiam a Thera avulsam (§. 2) nunc cum Thera ipsa exortam, omnino fallitur Theram Ol. CXXXV anno quarto emersisse. Herodoto enim aliisque auctoribus Phoenices

antiquis temporibus coloniam eo deduxerunt (§. 2. 5.). Itaque recte iudicasse videntur Alex. Humboldtius (Cosm. vol. I. p. 252), Od. Muellerus (Orchom. p. 316 qui conf. Scaliger. ad Euseb. 135, a. b.; commentt. Gotting. II. cl. philologicae p. 41), Choiseul. (I. p. 22), Hoffius, Fiedlerus, Mannertius (p. 732), H. Kiepertus (praefat. tabul. antiq. §. 113 not.) Plinium de Therasiae non de Therae origine agere voluisse. Si igitur adstipulamur existimantibus Ol. 135, 4 Therasiam avulsam esse a Thera quid ratione inita efficitur? Hieram enatam esse 107 a. Chr., Thiam 3 p. Chr. At Plinius 23 fere p. Christ. natus, classi Misenensi praefectus (Plin. epp. VI, 16) 79 p. Chr. decessit, postquam ipsius aetate (»in nostro aevo«) Thia est enata. Sed multi loci confirmant quibus annis Hiera[11]) ac Thia emerserint. Ac de Hiera quidem agunt:

1. Ammian. XVII, 7, 13. p. 98:

»In Asia Delos emersit et Hiera et Anaphe et Rhodos.«

2. Euseb. Chron. p. 144:

»Iuxta Theram apparuit insula quae vocatur Hiera.«

3. Paus. VIII, 33, 2.:

„*Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρύση νῆσος, — — — — ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν καὶ κατέδυ τε ἡ Χρύση καὶ ἠφάνισται κατὰ τοῦ βυθοῦ. Νῆσον δ' ἄλλην καλουμένην Ἱερὰν ἀνέδωκεν, ἣ τόνδε οὐκ ἦν χρόνον· οὕτω μὲν τὰ ἀνθρώπινα πρόςκαιρά τε καὶ οὐδαμῶς ἐστιν ἐχυρά.*“

---

[11]) Idem nomen ferunt et Liparaeorum insula et una ex Aegussis (Polyb. I, 60—61) atque Troezeniorum quaedam, ante Sphaeria dicta (Curt. Pelop. II, 447; Paus. II, 33, 1), cunctae ignium viribus exortae. — De adiectivo quae est ἱερὰ, insularum significatione conferatur schol. Pind. Pyth. IV, 11.

4. Charax, Pergamenus ap. St. B. v. *Ἱερά· νῆσος ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ὡς Χάραξ* (in chronicis) p. 327, 6.

5. Plut. d. Pythiae oracul. defect. c. 11[12]):

„*Καὶ τὰ περὶ τῆς νήσου πάλιν ἣν ἀνῆκεν ἡ περὶ Θήρας καὶ Θηρασίας θάλασσα, καὶ περὶ τῶν Φίλιππου καὶ Ῥωμαίων πολέμων (ἀνεῖλεν ὁ θεός)·*

Ἀλλ' ὁπόταν Τρώων γενεὰ καθύπερθε γένηται
Φοινίκων ἐς ἀγῶνα, τότ' ἔσσεται ἔργα ἄπιστα.
Πόντος μὲν λάμψει πῦρ ἄσπετον· ἐκ δὲ κεραυνῶν
Πρηστῆρες μὲν ἄνω διὰ κύματος ἀΐξουσιν,
Ἄμμιγα σὺν πέτρᾳ, ἡ δὲ στηρίξεται αὐτοῦ
Οὐ φαντὸς ἀνθρώποισι νῆσος, καὶ χείρονες ἄνδρες[13])
Χερσὶ βιησάμενοι τὸν κρείσσονα κινήσουσιν.

„*Τὸ γὰρ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ Ῥωμαίους τε Καρχηδονίων περιγενέσθαι, καταπολεμήσαντας Ἀννίβα καὶ Ῥωμαίοις μάχῃ κρατηθῆναι, καὶ τέλος ἐκ βυθοῦ νῆσον ἀναδῦναι μετὰ πυρὸς πολλοῦ καὶ κλύδωνος ἐπιζέσαντος, οὐκ ἂν εἴποι τις, ὡς ἀπήντησεν ἅμα πάντα καὶ συνέπεσε κατὰ τύχην αὐτομάτως, ἀλλ' ἡ τάξις ἐμφαίνει τὴν πρόγνωσιν.*“

6. Iustin. XXX, 4, 1 Trogi Pompeii epitomator (ad. a. 197 a. Chr.):

»Eodem anno (cum foedus inter Romanos et Macedones

---

[12]) Quos locos partim excerptos partim laudatos in L. Rossii, C. Hoffii, Choiseulii, Pegii libris invenies. Cf. Tzschuckius ad Melae II, 7. §. 13; Harduin. not. et emendat. ad Plin. lib. II, n. LXXIII sq.; L. Ross. it. inss. I. p. 190—203; H. Kiepert praefat. tabul. geogr. p. 25. §. 113; Reimarus ad Xiphilin. lib. 60. §. 275; Scaliger ad Euseb. Chron. p. 228, 274.

[13]) Scaliger ad Euseb. putat esse legendum *κρείττονες ἄνδρες* et *χείρονα νικήσουσιν* »ut intelligatur de Romanis qui Philippum duce Flaminino ad *Κυνὸς Κεφαλὰς* vicerunt numero MDCCCXIX quod sequutus videtur Eusebius.«

fieret) inter insulas Theram et Therasiam medio utriusque ripae et maris spatio, terrae motus fuit, in quo cum admiratione navigantium repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. In Asia quoque eadem die idem motus terrae Rhodum multasque alias civitates gravi ruinarum labe concussit, quasdam solidas absorbuit. Quo prodigio territis omnibus vates cecinere oriens Romanorum imperium vetus Graecorum ac Macedonum voraturum.«

7. Senecae nat. quaest. II, 26 Posidonio[14]) et Apollodoto auctoribus:

»Maiorum nostrorum memoria ut Posidonius tradit, cum insula in Aegaeo mari surgeret, spumabat interdiu[15]) mare et fumus ex alto ferebatur. Nam demum prodebat ignem non continuum sed ex intervallis emicantem fulminum more, quotiens ardor inferius iacentis superum pondus evicerat. Deinde saxa revoluta rupesque partim illaesae, quas spiritus, antequam verteretur, expulerat, partim exesae et in levitatem pumicis versae. Novissime cacumen exusti montis emicuit. Postea altitudini adiectum et saxum illud in magnitudinem insulae crevit. — — — — CC. passuum fuisse altitudinem, Asclepiodotus, Posidonii auditor, tradidit, per quam diruptis aquis ignis emersit.«

8. Strab. I, 3. p. 57 fortasse Posidonio auctore:

„*Ἀνὰ μέσον γὰρ Θήρας καὶ Θηρασίας ἐκπεσοῦσαι φλόγες ἐκ τοῦ πελάγους ἐφ᾽ ἡμέρας, ὥςτε πᾶσαν ζεῖν καὶ φλέγεσθαι τὴν θάλατταν, ἀνεφύσησαν κατ᾽*

---

[14]) L. Rossio iudice I. p. 187 fortasse in libro *περὶ μετεώρων* scripto (Diog. Laert. VIII, 138. 152).

[15]) J. F. Gronovius coniecit »diu«. Sed Strabo (I, 3) habet *ἐφ᾽ ἡμέρας*.

ὀλίγον ἐξαιρομένην ὡς ἂν ὀργανικῶς καὶ συντεθειμένην ἐκ μύδρων νῆσον, ἐπέχουσαν δώδεκα σταδίους τὴν περίμετρον· μετὰ δὲ τὴν παῦλαν τοῦ πάθους ἐθάῤῥησαν πρῶτοι Ῥόδιοι θαλαττοκρατοῦντες ἐπιπροςπλεῦσαι τῷ τόπῳ καὶ Ποσειδῶνος Ἀσφαλείου ἱερὸν ἱδρύσασθαι κατὰ τὴν νῆσον." —

Strabo neque hoc loco neque usquam de Thia egit.

9. St. B. *v.* *Θηρασία* p. 313, 19:

„*Μεταξὺ Θήρας τε καὶ Θηρασίας.*"

Meinekius ad h. l.: »Apollodori videtur esse versus, e Chronicis, ni fallor, petitus, qui quo spectet, praeter alios docet Justin. Hist. 30, 4; — cf. Wyttenbach. ad Plutarch. orac. def. p. 399 C.« Quamquam aliquot locis (5—9) Hierae nomen praetermittitur, tamen auctoribus inter se collatis et scriptorum aetatis et quas memoriae produnt, rerum ratione habita manifestum, Hieram Theraeorum intelligi.

De Thia insulae nomine omisso agunt:

1. Euseb. Chron. p. 160 (a. dom. 45):

»Inter Theram et Therasiam exorta est insula habens stadia XXX.«

2. Orosii hist. adv. gent. VII, 6. p. 469 Hav.

»Anno imperii eius (Claudii Caesaris) quinto inter Theram et Therasiam insula de profundo emicuit XXX stadiorum.«

3. Cassiodorii Chron. p. 386 Garet.:

Claudius V.
Vinicius et Cornelius.

— — — — — —

— — — — — —

His consulibus inter Theram et Therasiam exorta est insula habens stadia XXX.«

Cornelius consul aut est suffectus aut errat hoc nomine chronographus.

4. *a*) Senec. nat. quaest. II, 26:

»Idem (natus insulae) nostra memoria Valerio Asiatico cos. accidit.«

b) VI, 26:

»Theren et Therasian et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aegaeo mari natam quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?«

P. Petavius (d. doctrin. temp. XI, 9. p. 170) eum immerito reprehendit, Therasiam Valerio cos. emersisse, cui rei Pegius Theram addens assentitur. At Seneca recte nihil aliud voluit dicere quam spiritus viribus Theram Therasiam Thiam extitisse (cf. de Hiera II, 26).

5. Xiphilin. (Cass. Dion.) LX, 29: Claudio IV, Vitellio III coss. anni 800 a. U. 47 p. Chr.:

„*Ἀνεφάνη δὲ καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον.*"

6. Aur. Victor. d. Caesar. c. IV. §. 14 (epit. c. IV) Claud. Caes.:

»Huius anno sexto — — — octingentesimus Urbis (annus) mire celebratus: visusque apud Aegyptum phoenix[16]), quam volucrem ferunt anno quingentesimo quoque ex Arabiae memoratis locis advolare. Atque in Aegaeo mari repente insula ingens emersit nocte qua defectus lunae acciderat.« L'art de vérifier les dates (vol. I. p. 272 ed. Paris. 1818): »An de I. C. 46 (sic!) 6 juill. à 7 et d. 5. gr. 7. d. 59.« Quod cum Aurelius de hac

---

16) Sed vide ne erret Victor, et id quod narrat de phoenice ad a. 787 aut 789 sit referendum (cf. Lips. ad Tac. VI, 28, 1).

eclipsi solus rettulerit eiusque librum interdum interpolatum constet, eiusdem auctoritate non utimur.

7. Philostratus in vit. Apollon. Tyan. IV, 34, quem locum J. Scaliger rettulit ad Thiam insulam:

„Ενταῦθα διαλεγομένου ποτὲ τοῦ Ἀπολλωνίου (παρὰ τῷ Λεβηναίῳ) περὶ μεσημβρίαν, — — — — σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε, βροντὴ δὲ οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν, ἡ θάλαττα δὲ ὑπενόστησε στάδια ἴσως ἑπτά· καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἔδεισαν, μὴ τὸ πέλαγος ὑποχωρῆσαν ἐπισπάσηται τὸ ἱερόν, καὶ ἀπενεχθῶσιν· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος „θαρσεῖτε" ἔφη, „ἡ γὰρ θάλαττα γῆν ἔτεκε." — — — — Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας ἀφικόμενοί τινες ἐκ Κυδωνιάτιδος ἤγγειλαν, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τε καὶ μεσημβρίαν ἣν ἐγένετο ἡ διοσημία, νῆσος ἐκ τῆς θαλάττης ἀνεδόθη, περὶ τὸν πορθμὸν τὸν διαῤῥέοντα Θήραν τε καὶ Κρήτην."

8. Georg. Cedren I. p. 191 ed. Paris.:

„Καθ' ὃν καιρὸν (Κλαυδίου βασιλεύοντος) μεταξὺ Θήρας τε καὶ Θηρασίας νῆσος ἀνεφανήθη σταδία λ'." (Ross *„σταδίων"*).

9. Nomine addito St. B. p. 229, 6:

„Δῖα· ἡ πρὸς Μήλῳ."

Ut igitur annos falso perscriptos restituerent, Petitus »Ol. CLXXXV anno quarto,« Reiskius (ad Plut. Pyth. or. p. 570) et Rossius (I. p. 91) »Ol. CXXXXV anno quarto« emendaverunt.

Insulam 37 p. Chr. enatam nescimus; neque recte correxit Reiskius et Rossius; Plinius enim de Therasia (»Ol. 135, 4 Therasia«) non de Hiera egit Ol. 145, 4 videlicet exorta. Neque enim Plinius has V insulas laudavit 1. Theram ac Therasiam, 2. Hieram (Euseb. Iust. Plut. Strab.)

3. Hieram alteram seu Automaten, 4. Thiam, 5. Senecae insulam nomine non donatam, id quod L. Rossius censuit, sed ut hodie locus legitur (II, 89), potius Theram, Therasiam, Hieram sive Automaten, Thiam enumeravit. Itaque Choiseulio (I. p. 22) adsentior »Ol. CXXXV anno quarto« retinendam, verba »post annos CXXX« in »XXXX« transscribenda iudicanti. Ergo etiam »CX« emendari oportet »CCXXXXIIII.« Plinius »ab duobus stadiis«, an quod rectum esset »ab duodecim stadiis« scripserit, non constat; sed hoc quoque mendum librariis malim attribui.

Aliter res de Automata nomine sese habet. Quod Graeco exemplari non satis recte intellecto irrepsisse primus Od. Muellerus bene coniecit. Grosskurd. ad Strab. I, 3. §. 12; Mannert. p. 732; Fiedler. p. 471; Peg. p. 382 eandem quam Hieram insulam fuisse putant. Ceterum huius nominis insulam in Cretico mari unquam extitisse prorsus falluntur qui credant.

Quaerendum nunc, Plinius ipse II, 89 »*Thera et* Therasia Ol. 135, 4« quod est falsum inseruerit. L. Rossius a Plinio posteaquam detexit vitium libro quarto (c. 23) correctum putavit; ideoque verba »Thera et« scriptori reliquit nec quidquam nisi Olympiadem emendavit. Ac Plinius quidem nepos avunculum »cursim excerpere« solitum tradens in epistul. III, 5 quam L. Rossius laudavit, permittit, ut praeiudicium contra autorem feratur.

Neque vero qui in codd. mss. falso perscripti adferuntur annorum numeri Plinii incuriae testimonio esse possunt; haec enim ipsa signa plerumque in apographis vel mutila vel interpolata reperiuntur, ac potius demonstrare videntur, librarii quoque alicuius menda loco illata esse. Verba item »Thera et« aliqua ratione librariorum neglegentia irrepsisse orationi crediderim. Neque enim Plinio in

mentem venire poterat insulae iam a Phoenicibus antiquissimo tempore cultae originem ad Ol. 135 referre, sed nihil voluit nisi Therasiae annum definire. Nam quod ille aliud peccavit hoc loco, de quo agimus, aut in rem falso intellectam (Automatam) aut in socordiam scriptoris cadit, qui cum annum insulae exortae bene perscriberet, consulum nomina hunc ad annum haud pertinentia addidit. Praeterea Callistam nomen, quod IV, 23 posuit auctor, propter utriusque loci qualis hodie scribitur, aequabilitatem in lib. II, 89 desidero. Quamquam argumenta debilia mihi attulisse videor, tamen origo quidem vitii erratum esse a librario[17]) non a Plinio satis demonstrat. Petitus enim (in observat. I, 1. p. 7) qui verba suspiciosa transposuit ita: »inter Cycladas Thera et Ol. .... Therasia«, audacius commutasse mihi videtur. Sed quam vocant dittographiam hoc loco commissam ac verba »Thera et« prorsus eicienda esse censuerim[18]).

[17]) Similis locus corruptus est ap. Plin. n. h. 31, 4: »inter hanc (Liparam) et Siciliam altera, antea Therasia adpellata, nunc Hiera quae sacra Vulcano est (*Ἱερά* Thucyd. III, 88, 1—2; *Ἱερὰ Ἡφαίστου* Strab. VI, 2. p. 279; Polyb. 34, 11; Arist. Meteorol. II, 7) colle in ea nocturnas evomente flammas.« Quod accidisse dicunt Ol. 93 Q. Fabio Labeone M. Claudio Marcello cons. (Euseb. Chron. p. 148 ad Ol. 93; Oros. 4, 20). Hieram Siculam nomen Therasiae tulisse nusquam legitur; neque si Plinii vitium esse iudicamus, exemplari Graeco haud satis intellecto rem explanare poterimus. Neque vero a Plinio ita scriptum crediderim, cum de his insulis prope Italiam sitis errasse eum incredibile sit; sed additamentum illud »antea Therasia appellata« sicuti »Thera et« librarii doctrinae inepte adhibitae malim attribui, qui Aeolidum ac Theradum nomina plane confudit. Quod a vetere auctore quo utebatur Plinius, traditum esse, prorsus negaverim. Itaque tale quidquam, ne excerpere quidem potuit. Quo modo posteriores insularum nomina confuderint, vide p. 25.

[18]) De Therae seu Callistae origine. lib. IV, 23 demum dicit.

In extrema oratione Plinius et annum et diem quo Thia sit enata, accurate definivit. Quod M. Junio Silano, L. Balbo coss. accidisse narrat, Cassiodorio Vinicium et Cornelium, Seneca (II, 26) C. Valerium Asiaticum collega omisso consulem, Xiphilino Claudium Caesarem IV L. Vitellium III laudantibus. Itaque aut a. U. 798 aut 799 aut 800 Thia exorta. Sed Plinius manifesto errat; consules enim, quorum facit mentionem, ad a. U. 772 sive 19 p. Chr. referendi. Lapsus est igitur eo quod cum consules quinti anni Claudii Caesaris scribere vellet, eiusdem anni Tiberii coss. laudavit. Igitur sic hunc locum (II, 89) constituerim:

»Inter Cycladas Ol. CXXXV anno quarto Therasia. Inter easdem post annos XXXX Hiera eademque Automate. Et ab duodecim stadiis post annos CCXXXXIII in nostro aevo M. Junio Silano L. (Norbano) Balbo consulibus ad VIII Idus Julias Thia[19]).«

Quo posito Theraeorum insulae veteres hoc ordine emerserunt:

1. Callista (§. 1) seu Thera vetus.

2. Therasia (Ol. 135, 4 = 517 a. U. c. = 237 a. Chr. n.).

3. Hiera (Palaea Caïmena) Ol. 145, 4 = 557 a. U. = 197 a. Chr. n. quo anno Macedones cum Romanis pa-

---

Namque II, 89 de iis tantum Theradibus egit, quarum annus accurate definiri potest. Coniectura enim haud verisimilis est, verba »Thera et« bis scripta esse: »*Thera et* Ol. ... *Thera et* Therasia«, ita ut hoc quidem sit erratum a librario, illud autem Plinii, posteaquam irrepsit vitium, non recte exciderit.

[19]) Cum hac insula noli confundere Diam contra Gnosum sitam. St. B. („*Δῖα κατὰ Κνωσσὸν Κρήτης.*“) Strab. X, 484. cf. Plin. n. h. II, 89.

cem et foedus fecerunt. Dapperus (p. 381) falso Sanctirenae nomen ad Hieram transtulit et Gaudum (Gozi) Creticam cum Thera confudit, quam sententiam Thevenotius (voyage au Levante p. 206. a. 1663), secutus est. Tournefortius (p. 3166) Hieram fuisse Thiresiam censuit; neque enim insulae spatium ad castellum exstruendum sufficere, id quod L. Rossius refutavit.

4. Thia (i. e. insula diva, velut Hiera sancta) Claudio Caesare imperante ad VIII Idus Julias (VIII d. Julii) inter a. 45—47 p. Chr. emersit. Quo nomine hodie Thia sit donata, dubitant. L. Rossius (I. p. 97) aut aetate ignota interisse et sub Parvae Caïmenae appellatione emersisse denuo, aut quod accepit ipse, insulae particulam accessisse censet. Ordinarius (hist. naturelle des volcans p. 290) et O. Muellerus (Orch. p. 317) Hieram ac Thiam in unum confluxisse volunt. Choiseulius insulae nomen ad magnam Caïmenam referre mavult. Maltebruno (ap. Peg. p. 122) est Aspronisi. Sed hac in re decernere difficile erit; id vero constare videtur Thiam cum Micra et Megala Caïmenis tantum licere comparari.

5. Aspronisi (? *Λεία,* Lea ap. Plin. n. h. IV, 23; L. Rossio I. p. 88. not. 2 recens nomen in antiquam formam vertente *Λευκὴν Νῆσον* vel *Λευκασίαν* quae inter Spiradum insulas Cretico mari sitas non reperitur) qua aetate emerserit, non constat; physica vero Fiedleri observatio unam e veteribus Theraeis fuisse insulis demonstrat, ita ut fortasse iam ante Hieram extiterit. Tournefort. p. 316; Grosskurd ad Strabonem I, 3; O. Mueller. Orch. p. 316. Choiseul. pag. 23. not. 3. Therasiam veterem fuisse Aspronisi iniuria iudicant. Fiedlerus (p. 472) antiquo tempore insulam nomen tulisse liquere negavit.

Pergamus qui sequuntur ignium impetus in Theraeorum freto factos in ordinem digerere.

A. enim 726 (727) p. Chr. sub Leonis imperio indictionis nonae aestate Hieram in parte inter occasum brumalem et meridiem spectanti aliquantum accrevisse, paene eadem ratione describentes Theophanes, Nicephorus, Georgius Cedrenus qui Theophanem exscripsit, tradunt. Nicephorum (hist. p. 37 ed. Paris.) exscribere operae pretium non est, cum novi aliquid exploranti non praebeat.

Theophan. Chronogr. p. 338 ed. Par. (Georg. Cedren. I. p. 454 ed. Par.):

„Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔτει ἰνδ. θ' ὥρᾳ θέρους ἀτμὶς ὡς ἐκ καμίνου πυρὸς ἀνέβρασεν ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας τῶν νήσων, ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἐπὶ ἡμέρας τινὰς καὶ βραχὺ παχνειμένη καὶ ἀπολιθουμένη τῇ ἐγκαύσει τῆς πυρώδους φλογώσεως ὅλος ὁ καπνὸς πυροφανὴς ἐδείκνυτο· τῇ δὲ παχύτητι τῆς γεώδους οὐσίας πετροκισήρους μεγάλους ὡς λίθους τινὰς ἀναπέμψαι καθ' ὅλης τῆς Μικρᾶς Ἀσίας καὶ Λέσβου καὶ Ἀβύδου καὶ τῆς πρὸς θάλασσαν Μακεδονίας ὡς ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς θαλάσσης ταύτης κισήρων ἐπιπολαξάντων γέμειν. Μέσον δὲ τοῦ τηλικούτου πυρὸς νῆσος ἀπογαιωθεῖσα τῇ Ἱερᾷ λεγομένῃ νήσῳ συνήφθη, μήπω πρὶν οὖσα, ἀλλ' ὡς (sic recte L. Ross. pro *ἄλλως*) *αἱ προῤῥηθεῖσαι νῆσοι Θήρα τε καὶ Θηρασία ποτὲ ἐξεβράσθησαν, οὕτω καὶ αὕτη νῦν ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ θεομάχου Λέοντος"* (Hoffius addit Paull. Diac. in Muratori T. I. p. 151).

Qua ex aetate vires ignium VII fere continua saecula quieverunt. Namque a. demum 1457 a. d. VII. Cal. Dec. (25. d. Nov.) Latina inscriptio Scaro castello affixa Francisco Crispo Naxiorum duce cautem Therae avulsam tradit

(L. Ross. It. inss. I. p. 95; Spon. Miscell. Ant. p. 343; Pasch de Krienen p. 53; Raconto delle isole nascite nel Golfo di Santorine a. 1707, libellus ab uno e maioribus Delendae demarchi compositus). Est autem 1427 mendum Tournefortii recte iudicante L. Rossio quam ob rem O. Muellerus (Orch. p. 311. not. 3) hunc annum ultro praetermisit (cf. Peg. p. 138). Addimus versus illos, qui sunt:

Magnanime Francisce, heroum certissima proles,
Crispe, vides oculis clades quae mira dedere
Mille quadringentis Christi labentibus annis
Quinquies undenis istis iungendo duobus
Septima Calendas Decembris murmure vasto
Vastus Theresinus immanis saxa Camenae
Cum gemit avulsit scopulusque ex fluctibus imis
Apparet, magnum gignit memorabile monstrum.

Deinde a. 1573 Micra Caïmena (la petite Camméni Choiseul I. p. 24; Krienen p. 48 »Kammeni piccola«; Tournef. I. p. 267) mari emersisse proditur, Dappero (p. 380) haud accurate particulam a Thera avulsam tradente; sed qui anni ab aliis proferuntur, 1507 et 1570 (Ortel. ap. O. Mueller. Orch. p. 317. not. 2; Dapper. l. l.), falso descripti videantur (cf. L. Ross. I. p. 95; Pegii p. 125). Maltebrunus (Pegio auctore) hoc anno Theram ac Therasiam discretas credidit. Parietinae ad Camari et Perissam sitae comparuerunt. A. 1650 insula ad promuntorium Culumbum exorta denuo interiit (Peg. c. VI; Ross. I. p. 97; Relation du père Richard. p. 19; Kircher. mund. subterran. IV. p. 182. a. 1668; Choiseul. I. p. 24; Tournef. I. p. 264; carmen Graecum et monachi oratio a L. Rossio reperta I. p. 197 sq. Raconto etc.; cf. *Ἀνθολογία τῶν ὠφελίμων γνώσεων* 1837. fol. 4. ed. J. Vuros).

Sed a. 1707 accidit, ut, quo loco Thia antiqua in-

terisse videtur, Nea sive Megali Caïmena emergeret (Choiseul. I. p. 24) quam insulam Od. Muellerus (Orch. p. 326) et Pegius (p. 121) cum Hiera confundunt.

Centum fere post annos 1808 a. d. IV Idus Martias terrae motu cautes aliquot emersisse Al. Humboldtius (Cosm. vol. I. not. l. l.) et Pegius (p. 215) tradiderunt. Ac denique a. 1837 verno tempore igne formam insulae commutatam accepimus (Selten hodeg. Hdbch. der Geogr. z. Schulgebr. vol. I. p. 139).

§. 4.

Thera harum insularum summa e septentrione ad meridiem porrecta, in ora occidentali quasi moenibus continuis in altitudinem CCM ped. abruptis cingitur. Duae minores chersonesi quasi dentes quidam se proiciunt. In fine autem insulae orientali promuntoria duo Kulumbo[20]) (Cavo Olimpio ap. Dapper; *Κούλουμβος* 36° 28′ 15″ S. L., 23° 5′ 52″ O. L.) et Exomiti (*Ἐξωμύτης* 36° 18′ 45″ S. L., 23° 8′ 30″ O. L.) prominent. In ea parte quae ad occidentem vergit, mare tanquam conformans amphitheatrum, ceteras V insulas alluit. In hoc freto libella nautica demissa Jacobo Naxiorum duce (Bondelmont. c. 19) in mille passus ad imum mare non penetrasse fertur, ita ut ancora non sisteret. Sed *A.* et *B.* non procul a Palaea et Nea Caïmenis unum tantum vadum neque aliis locis inveniri confirmant.

Ab Aponomeriensi vero regione litus orientale circulo inter septentrionem et orientem spectanti (*B* Rivas et Mau-

20) L. Ross. I. p. 183 »ein aus festem Aschenconglomerat bestehender niedriger Hügelrücken.« — Hac §. de Thera tantum, non de Caïmenis (Kammeni Italis, Camméni Francogallis) agimus quia in his praeter pauca oppidorum nomina memorabile nihil extat.

ropetra promontoria) flexum, sensim in orientem et meridiem, ad Monolithum usque (*Μονόλιθος* 36° 23′ 45″ S. L., 23° 10′ 15″ O. L.) descendens, omnino meridiem versus ad Meso-Vunon, deinde a M. Or. ad S. Occ. qua Exomiti situm est porrigitur, parvisque tribus fere sinibus effectis promuntorium (S. Roche) chersonesi meridionalis contingit.

Montium qui totam insulam percurrunt maxime excellunt Kokkino-Vuno, cuius extremum promuntorium Culumbus praetenditur. St. Eliae monti minori (Hagios Ilias, *ὄρος ἁγίου Ἡλίου*) inter orientem et meridiem spectanti Stephani colles se adiungunt. Ad orientem meridiemque proficiscenti Pyrgi et Goniae colles adparent, qui ad meridiem in montem St. Eliae quem adpellant maiorem (1887′ alt. *B*), excurrunt. Parte autem brumali Eliae mons minor regionem Apanomeriae a Scarensi discernit. Maiorem Echendrae colles qui in Exomiti excurrunt, meridie, Mesovunii oriente terminant. Quorum montium ordinem Acrotirii colles (altit. 600′ *B*) et saxa in chersoneso meridionli sita cogunt. Prope litus orientale scopulus calcarius (*Γ*) quasi ex uno lapide confectus esset, Monolithos, inter pagos Carteradon et Bothonem se praetendit. In adversa ora unum promuntorium nomen fert, Turlos (*B*) apud Scarum situm, ceteri huius litoris montes nomine adhuc carent.

Tota insula una tantum planitie continetur cui nomen est Ecclesiae Perissae sive Emporii, ad naturam veteris Callistae formata, quae, haud magna quidem sed fertilis, Echendra (i. e. *ἔχιδνα*), Eliae monte, Mesovuno includitur. Thera ignium viribus profundo maris elata nec fluvios iis qui colunt nec rivos praebet, sed aquae, velut antiquo tempore Deli ac Ceae (Ross. I. p. 31. 13), e puteis defossis

(λάκκοις) hauriuntur (I. p. 64. 85. Fiedler. p. 461—462; Peg.). Nusquam enim nisi Goniae fontem perennem inveniunt. Attamen insula tantae est fertilitatis, ut vinum notae melioris (Fiedler. p. 453—458 cf. in primis) antiquitati non ignotum colant. Hegesander enim Delphicus ap. Ath. X, 432: „κἀν Θηράσι ταῖς νήσοις ἐπιπάττοντες λέκιθον ἀντὶ ἀλφίτου πίνειν, καὶ λέγεσθαι ταύτην τὴν πόσιν καλλίονα τῆς ἐξ ἀλφίτων," dixit. Praeterea vini culturam fuisse egregiam Bacchi veneratio (§. 10) demonstrat. Verba autem Pollucis (VI, 16): „καὶ Θήραιον δὲ (οἶνον) ἐκάλουν τὸν ἐκ Κρήτης" ad similitudinem notae cuiusdam Cretensis spectare videantur. Cum hodie frumentum ex Jo et Amorgo Pontoque deportetur, agricultura paene ad nihil redigitur. Sed veterem Theram frumento aliisque rebus abundasse, schol. Pind. Pyth. IV, 11 („κισηρώδης γὰρ οὖσα πολύφορός ἐστι καὶ πολύκαρπος") testatur. C. J. Gr. II, 2448, 2465 f. triticum (πυρούς) et ordeum (κριθάς) sacro instituendo destinata laudant. Praeterea ex L. Ross. I. I. Gr. III. n. 248. v. 5, quo titulo plura deorum nomina laudantur, Cereris cultum fuisse Theraeis coniciam (§. 10). Praeter vinum Thera linum xylinum gignit et mulieribus telae lanaeque victum suppeditat, id quod Phoenicum textrina quae in insulis Thera et Melita et Cytheris extabant (Curt. Pelop. II, 330. not. 76) in memoriam revocat. Sic Membliari pater *Ποικίλης* id est »textor stragularum« (O. Mueller. Orch. p. 320) appellabatur (§. 5), cuius nomen Bochart. geogr. sacr. I, 15 Punicum fuisse demonstrare studuit. Itaque magni pretii vestes versicolores (Θήραια πέπλα) Athenas devehebantur, quas iuvenes patriciorum Attici Liberalibus in pompa ferre consuerant (Theophrast. ap. Ath. X, 425: κατεδύοντο

ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν, ubi Valckenaer. cf. Aristobul. p. 155) [21]).

Sed montes callibus molestis concisi materia carent, ita ut domicilia (σκαπτὰ ὁσπίτια L. Ross.) rupibus insecentur, et ubi opus sit, ad exstruendam domum caementum tenue adhibeatur. Si A. Boeckhius recte explicuit, (de Ther. inscr. Ac. 1836) tituli n. 99. a. b. „Νεικία τόπος" et — — „μιπόρου τόπος" lapicidinae possessionem posteriori aetate caerulei marmoris Theraei causa excisae designare videntur.

Cura vinearum effecit, ut qui incolunt, vicos et oppida non in summo monte, sed praeter circuitum eorum condiderint. Quae hodie sunt urbes, numero fere XII in demarchias [22]) Callistam ac Theram distributae Phiris ac Pyrgo

---

[21]) Hesych. Θήραιον πέπλον τι ποικίλον· οἱ Ἀττικοί· δοκεῖ δὲ ἀπὸ Θήρας τῆς νήσου προσαγορεύεσθαι. Polluc. IV, 118 »τὸ θήραιον τὸ Διονυσιακόν« vestis Satyra: VII, 71: Θήραιόν τι ποικίλον: VII, 84: Θήραιον ἱμάτιον ἤτοι ἀπὸ τῆς νήσου, ἢ τὸ ὡς θηρίον ἐνυφασμένον (?). Non recte laudat quasi ad Theram pertineat, Movers. Hesych. »θηροειδεῖς· ἐφαπτίδες ποικίλως διανθισμέναι.« Praecipue Phoenicum Sidonii huiusmodi textrinis excellebant, cf. Il. Z, 288 sq. Sidonium ostrum, Ovid. trist. IV. 2, 27; Sidonia chlamys (Vergil.). A Cadmo Phoenissas in Thera relictas esse schol. Pind. (P. IV, 85.) tradidit, quae res cum toxtrinis ibidem conditis cohaeret.

[22]) L. Ross. I. p. 30; Fiedler, II. p. 452; Tournefort p. 321; Peg. p. 22, 229, 303. cf. tabulae.

a) *Callista.*

Vothon (Βόθων 36° 22′ 45″ S. L. 23° 8′ 30″ O. L.); Messaria (Μεσσαρία 36° 22′ 15″; 23° 7′ 45″); Pyrgus (Πυργός 36° 21′; 23° 8′); Gonia (Chonia, Γωνία 36° 21′; 23° 8′ 45″); Emporium (Ἐμπορεῖον); Megalochorium (Μεγαλοχωρίον 36° 27′ 47″; 23° 7′ 36″); Acrotirium (Ἀκροτίριον, Acrotiri 36° 15″; 23° 4′ 30″).

b) *Thera.*

Phira Stephani (τὰ Φηρά, Θηροστεφάνη) et Acatophira (Κατώφηρα); Contochorium (Κοντοχωρίον 36° 25′; 23° 6′ 45″); Merovigli

quasi subiungi solent atque ita dispersae sunt, ut iter Apanomeriense Vurvulum (*Βούρβουλος*, Vurvulado *Γ*, 36° 25′ 30″; 23° 7′ 15″) contingens et consecutum Phira Stephani et Acatophira, postquam Megalochorion neque multo post Acrotirium praeteriit, totam oram orientalem et chersonesum utramque legat. Prope Apanomeriam autem vicus Phinicia, (*Φοινικία*) L. Rossio auctore ex palma sola non a Phoenicum gente appellatus, occurrit. Ceterum Fiedlerus (p. 460) Acrotirio Apanomeriam naviganti VIII mil., ab Aspronisi ad sinum usque Phiris subiectum VI mil. naut. esse iudicat. Propter hunc sinum in promuntorio Palaeoscarus (*Σκάρος*, 36° 25′ 15″; 23° 6′), vetus Venetorum castellum ad Cycladas et Eliae Stephanique montes spectat. Ibidem perfugium haud ita certum Armeni (*Γ*) et e regione situs Athinius (*Ἀθηνιός* 36° 22′ 30″; 23° 10′ 15″, Athinous) cuius in agris Vunitzo iacet, et meridie portus Mauro Rachidi (*Μαῦρο Ῥαχίδι*), et ab oriente cui nomen Eleusis (sic Vincentii tabula) est, navibus praebent. Si quis Vurvulum et Contochorium, (Condochori) nanctus inde a Phiraeis Carteradon et Messariam Vothonamque ei vicinam penetraverit, ab urbe Gonia et Eliae portu montes transgressus Eleusina (*Γ*) perveniet. In Theraeorum navalibus apud Apanomeriam et Athinoum conditis navium ad Cyclades et Pontum et Asiam proficiscentium multitudo grandis aedificatur. Castella IV, Emporium (Peg. p. 303), Pyrgus (*καστέλλι* L. Ross. I. p. 59) Apanomeria, Acrotirium praeter Scarum tuentur in-

(*Ἡμεροβίγλιον* 36° 23′; 23° 6′ 15″); Carteradus (*Καρτεράδος*, Carteradhon *Γ*.) Apanomeria (*Ἀπανομερία*, Epanomérie, Dappero Parte Sopra, 36° 27′ 15″; 23° 2′ 15″): *Τὰ Φηρὰ* nominis *Θήρας* est forma Laconica (cf. *θοίνη* et Alcman. fr. 19 Bergk. *φοίνη* »cena«.)

sulam. Quorum quot antiquitatis fuerint, an medio aevo sint constructa, vix discerni poterit. Nisi forte veteres incolae rebus praedonum florentissimis locis idoneis, velut Scari, turres ad litoris defeusionem condiderint.

Sed gravior quaestio est, quae hodie vix solvi possit, ubi veteres Theraeorum urbes sitae fuerint. Quod cum Herodotus (IV, 153) a Doriensibus in VII regiones (*χώρους*) Theram divisam tradit, L. Rossius (I. p. 186) ita distribuit reliquias oppidorum: Eleusina cum sepulcris ad Exomyten sitis, mole propter collem Platinamon posita ornatam, Perissam heroo Erasicleae (I. p. 173) adiacente, Megalochorion sacello St. Nicolai [23]) et portu Athinio insigne, Oeam cum sepulcris Mesovuniis (*Γ* Eleusis, Proscheschio Thera), Monolithi agros, Melaenas sive Culumbon cum sepulcris, Therasiam cum ecclesia St. Irenae. Pegius (p. 29 sq.) ordinem paullo aliter constituit. Eleusina enim apud Exomyten interisse, circum Perissam fuisse II oppida, his Theram eandem urbem quam Phira Stephani, Oeam apud Camari Hagiasmata portum orientis insulae sitam, urbem Culumbon monti subiectam, Therasiae oppidum accessisse (Ptol. III, 15 *Θηρασίας νήσου πόλις* 54°, 45′; 36° 6° Apanomeriam versa). Quod cum Therasia Ol. demum 135, 4 emergeret, oppido huius insulae addito L. Rossius et Pegius errasse videntur. Nostra aetate III oppida Manola (*Μανόλα*), Potamus (*Ποταμός*), Agrilia (*Ἀγριλία*) ibidem extant; veteris autem illius loci reliquiae omnino interierunt. — Ptolemaeus (III, 15) et inscriptiones nobis IV oppido-

[23]) L. Ross. I, 72: »Antikes Marmorgebäude aus blaugrauem Landmarmor des Stephanos- oder Eliasberges.« (*ναὸς τοῦ ἁγίου Νικολάου μαρμαρενίου* seu *μαρμαρίτου*).

rum nomina memoriae prodiderunt: Oeam (*Οἴαν*, Ptol. III, 15: 58° 0′; 36° 26′; C. I. Gr. II, 24262 „*τῆς ἐν Οἴᾳ παλαίστρας*"), Eleusinem (Ptol. 52° 50′; 36° 26′), Melaenas[24]) (*Μελαινάς*) hoc nomine A. Boeckhio auctore (d. Ther. Inscr. p. 81) fortasse ex soli natura donatas, Piraeum (C. I. Gr. II, 2448 nomen gentile *Κλεαγόρας Πειραιεύς*); ceterae III non iam extant, neque urbs Thera diserte a veteribus laudatur. Quamvis enim C. I. Gr. II, 2465 a. b. (Peg. p. 81) alterius v. 1 „*Θηραίωμ πόλει*," alterius v. 3 „*Θήρας πόλεως*" mentio fiat, recte tamen L. Rossius negasse videatur urbem aliquam Theram fuisse. »Vielmehr bezeichnet *πόλις* hier nur den politischen Verein, die bürgerliche Gesammtheit der Theraeer, welche in den darunter stehenden Jamben auf den Priapos *Θηραίων πόλις* (§. 10) und in einer anderen Steinschrift *τὸ κοινὸν* (*τῶν Θηραίων*) genannt zu werden scheint,« id quod exemplis comparatis demonstrat. Ac tituli quidem quibus hoc oppidum laudatur, in scalas Eliae montis maioris saxeas incisi fuerunt, ita ut nec cum Phiris Stephani neque cum Oea urbe ad orientem spectanti congruat (cf. etiam Aristot. pol. IV, 4 de *κοινῷ* quod huc non pertinet §. 10).

Quamvis basis Auli Plotii (Ross. p. 66, 69) quae Oeae[25])

---

24) Ita recte A. Boeckhius C. J. Gr. II, 2448, II, 6; III, 1 (*ἐμ Μελαιναῖς*) *ΜΕΛΛΙΝΑΙ* emendavit.

25) *Οἴα* demus Atticus (Harpocrat.) seu *Ὄα*, et *Οἴη* (Herod. V, 83) locus Aegineticus. — Sic etiam *Μελαινεῖς* (St. B. 441, 12) *δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς* Atticus cum Melaenis (not. 24), et Lyciae et Arcadiae oppidis (St. B.; Boeckh ad C. J. 2448) comparentur. — Eleusinem et Athenas apud lacum Copaidis sitas antiquitus demersas Str. IX. p. 624. A. Paus. 9, 24, 4 tradunt. De Eleusine Alexandrinorum

nomen continet, prope Camari Hagiasmata columnae rotundae quae est in ecclesia D. Nicolai inscripta reperiretur, et Pegius ideo iure suo ibidem Oeam posuisse videatur, tamen ex Ptolemaei definitionibus geographicis magis ad verum accedet, statuam esse sorte quadam loco suo ablatam et fuisse Oeam[26]), ubi Vincentius Eleusinem collocavit. Itaque definito situ quaerendum, num Oea urbs aut Atticae originis aut Doriensium aut Punica fuerit. Mirum videlicet aliquot veterum nominum cum demis Atticis congruere; quin etiam talem similitudinem formae nonnulla huius aetatis oppida prae se ferunt, veluti Therasiae Potamos (cf. *Ποτάμιοι* Att. dem.) et Agrilia (cf. *Ἀγρύλη* A. d.); sed hanc congruentiam fallacem esse, quis est, quin intelligat?

Quod cum nusquam vestigia extent cleruchorum Theram ab Atheniensibus missorum et nomina oppidorum et rem publicam evertentium Dorienscm, atque mira institutorum constantia quae tenebat ad imperium usque Romanum et multarum inscriptionum silentium reclament, Oeam quidem Atticae originis fuisse haud crediderim. Itaque Eleusina, Melaenas, Piraeum, Oeam potius sicut E. Curtius (de Ionibus p. 24. not. 36—39) fecit cunctas colonias Minyarum esse Ionibus propinquorum existimem. Quamquam Oeam oppido eiusdem nominis Punico comparato ad Phoenices referre possis (cf. Gesen. Mon. Phoen. vol. I. p. 22, 425);

---

vico Drakenborch. ad Liv. 45, 12, 3. — De septenario numero Boeotio oppidorum A. Boeckh C. J. G. vol. I. p. 729; de Ther. inscr. p. 84.

26) Fiedler. p. 474: Wo jetzt Pyrgos liegt, soll die erste Niederlassung, nach der Insel, Kalliste genannt (?), und wo Eleusis, die altbefestigte Stadt, Oea, Ea, genannt, gestanden haben.

sed quid valet hoc unum nomen? Nominis autem forma, si a Lacedaemoniis (Plut. Lyc. 6) esset inditum, Oba (ὠβά »pagus«) fuisset[27]).

---

[27]) Paucca hoc loco de Melo addimus (L. Ross. III, epist. 27.). Quae insula (Milo) hodie urbem Castrum, quae fortasse vetus urbs Melus (St. B.) erat, et portum (p. 4) 'ς τὰν 'Αδάμαν habet. Plin. n. h. IV, 23, §. 70: »Melos cum oppido quam Aristides Byblida (Βυβλίδα §. 5, 1) appellabat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus (§. 5, 1) Memblida, Heraclides Siphin et Acyton.« Nomina urbis partim cum Creta (§. 5) cohaerent. Est enim Ἄκυτος (St. B. p. 66, 1) insula circa Cydoniam sita, Stephano (p. 573, 2) Siphnum »περὶ τὴν Κρήτην νῆσον« appellante. Arcis et odei vel amphitheatri et gymnasii vestigia adhuc extant. Operibus musivis ac sedibus lapide caeruleo factis (p. 9) Melii excelluerunt. Grues Melias Gell. VIII, 16, 5 (Varro), ἐρίφους ἐκ Μήλου Poll. VI, 63 delicias tradunt fuisse. Praeterea auctor Mirabil. auscult. §. 16 mel eiusdem insulae laudavit.

PARTICULA ALTERA.

DE REBUS THERAEORUM GESTIS.

---

§. 5.

Primam coloniam Sidonii[28]) Phoenices in Callistam[29]) deduxerunt (Movers. Phoen. I. p. 266). Cum his coniunctos mercatores Ionum (Curt. d. Ion. p. 20) transmigrasse haud absimile vero videatur. Templum Neptuno et Minervae a Cadmo hac in insula conditum dicitur (Theophrast. ap. schol. Pind. P. IV. 11). Nam cum Cadmus Agenoris filius Europam sororem, (Sidonidem Ovid. A. A. III, 252) peteret, navi ad Callistam adpulsa Membliarum[30]) Poecilae filium (*Μεμβλίαρος ὁ Ποικίλεω* Hd. IV, 147; St. B. v. *Θήρα* I. p. 450, 11) aut propinquum suum aut unum ex multis (*ἀνὴρ ἐκ δήμου* Paus. III, 1, 7) ibi cum Phoeni-

---

[28]) cf. not. 20, de textrinis Theraeorum et Sidoniorum.

[29]) Euseb. 589 »Melus et Paphus et Thasus et Calliste conditae.«

[30]) O. Mueller. Orch. p. 319 quasi Graecum nomen esset, »lucripetam« vertit. Punicum nomen ad mercaturae (cf. proverb. *Φοίνισσαν ἐμπολάν*) significationem detortum videtur. Bochart Chanaan I, 15 *Μεμβρίαρῳ* forma verbi usus est immerito. Membliarus enim seu Bliarus appellabatur (Lobeck. Pathol. I. p. 147), cuius nomen »ben Beli ar« i. e. filium Beli Phaethontis (*τὸν Βηλίδην*) significare videtur (d *B* et *M* nominum barbarorum cf. *Βενδῖς* et *Μενδῖς* Bekk. Anecd. 1192).

cibus reliquit. Item Anapham insulam, quae antiquissimis temporibus ex hoc Cadmi comite Membliarum nomen accepit (St. B. p. 93, 11), eadem aetate occupavisse videntur; ab Argonautis enim demum Anapham esse nominatam insulam dicunt (St. B.; Schol. Ap. Rh. IV, 1715). Tunc quoque Melum urbem Byblii Phoenices (St. B.) Melo duce (Fest. v. Melus. Arrian. ap. Eust. D. Per. 530 *Μῆλος*) in hac Cycladum (St. B.) insula condiderunt. Quam cum Theraeis societate quadam et propinquitate coniunctam fuisse cognomen urbis a Callimacho inditum Memblis (*Μεμβλίς*) demonstrare videtur. Pholegandrum Sporadum insulam (St. B. 669, 17) eiusdem nominis filius Minois regis Cretensium occupasse dIcitur, cuius pater (Ovid. Met. VII, 461) praeter ceteras insulas Anapham quoque sibi promissis adiunxit, ut necem Androgei filii ulcisceretur.

De Phoenicum colonia Theraea scriptores rerum nihil aliud tradunt quam Membliari posteros ad VIII aetates („*ἐπὶ γενεὰς ὀκτὼ ἀνδρῶν*" Herod.) in insula regnum obtinuisse. Inscriptiones autem pauca vestigia Phoenicum coloniae memoriae mandarunt, velut C. I. G. II, 2448 *Φοίνιξ* (Agenoris filius, Cadmi frater Apollod. III, 1, 1 aut Europae pater Il. 14, 321 Agenor *Χνᾶς* i. e. Chananaeus Choerobosc. ap. B. A. 1181; *Χνὰ*, Chanaan enim est Phoenicē St. B.) et L. Ross. I. I. Gr. III. n. 258: „*Ἄνα Δημητρίου χαῖρε*," est enim Anna (Vergil. Aen. IV) nomen Phoenissae[31]); *Μάληκος* (i. e. rex = melech, Malek) Franz. epigr. p. 52;

[31]) Valde dubium est, an Arch. Eph. Inscr. n. 1729. p. 991 huc addenda sit. Punicum Meliorum nomen: L. Ross. J. J. Gr. III. n. 241 *Πάταικος* (Gesen. Monum. p. 412); dubium an sit Punicum *Φαῖκις* n. 234, *Χαῖτος* (n. 238) cf. Apollod. II, 1, 5, Chaetus, Aegypti filius, Beli nepos, Neptuni pronepos. Coloniae Phoenicum in Kiepertii

quod nomen Inscr. 611 cum *Μαλάκῳ* ap. Ath. VI, 267 a. comparant. Alia testimonia non extant; aspidem enim inventae incisam (*ἔχιδναν*) arcae apud Eleusinem nostram potius ad Aesculapii cultum (§. 10) quam ad barbarorum coloniam referri malim; nisi quis amphoras formis animalium ibidi similium ornatas (L. Ross. I. p. 66) ad Phoenices et Aegyptios referat; sed hoc quoque nihil valet; Alexandria enim, quod L. Rossius alio loco adnotat, vasa fictilia varii generis devehebantur.

2. Phoenicibus Graecorum Doriensium (Callim. H. Ap. 74 *ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο*) colonia successit. Quamvis haec res quodammodo ad Argonautarum expeditionem et ad Cadmum Agenoris filium Europam quaerentem pertineat et poetae Phoenicum rationem non habeant, ipsa colonia Graecorum fundamento tamen historico non caret. — Cum enim Venus (sic refert fabula) sacrificiis quibusdam neglectis pestilentiam Lemniorum uxoribus demisisset (O. Mueller. Orch. p. 297; Rhod. Lemn. p. 22 sq.) mariti huius rei pertaesi Thressarum captivas sibi adsumpserunt. Quod cum Argonautae heroes Minyae ex Thessalia adpulsi ad insulam viros ideo omnes praeter regem interfectos invenissent, vocati Lemnias in matrimonium duxerunt. — Quod sequitur, Theraei et Cyrenenses (Hdt. IV, 145—149; 150, 1; Paus. III, 1, 7; 15, 4; VII, 2, 2; Schol. Ap. Rh. IV, 1763; schol. Pind. Ol. II, 65) hoc modo tradere solebant. Argonautarum filii Lemno expulsi a Tyrsenis Pelasgis, patres quaesitum in Laconicam profecti in Taygeto monte consederunt et ignes ut hospites significarent ad-

tabul. praefat. §. 101 circa a. 1415 a. Chr. a Fiedlero (p. 523 a. 1550 a. Chr. cf. Movers. I. p. 266) collocantur.

venisse, in summo accenderunt (Hdt. IV, 145). Itaque Lacedaemonii Lemnios Minyas se esse patres quaesitum profectos experti, propter Tyndaridarum societatem iis permiserunt, ut cum civibus habitarent et honorum et agrorum participes. Itaque Minyae in tribus distributi conubiumque quasi propinquis a Spartiatis datum (Hdt. IV, 146; A. Boeckh. d. Ther. inscr. p. 43. not. 4; contra O. Mueller. p. 307). Quo facto Lemniis coniugibus remissis principum Spartiatarum filias in matrimonium duxerunt. Sed haud multo post Minyae cum ut quondam Latini ex Romanis consulatum, ita terrae Laconicae regnum seditione facta frustra petere studuissent, capti et in vincula publica coniecti sunt, ut ad supplicium ducerentur (Schol. Pind. IV, 88; Hdt. IV, 146; Polyaen. VII, 49). Sed uxores in carcerem ingressae ut maritis colloquerentur, vestitu virili permutato viros ad Taenarum liberatos miserunt. Eodem tempore Theras Autesionis filius (*Θήρας*[32]) *ὁ Αὐτεσίωνος* (Strab. VIII, 347), matris frater Aristodemi liberum, Eurysthenis et Proclis tutor, qui paullo ante fratrum loco regnum tenuerat, cum aliis iisque iuvenibus subiectum se taederet, ad propinquos iturum se dixit. Autesio (Hdt. 6, 52; Paus. 9, 5, 15) enim ad Cadmum Thebanum originem deduxit[33]); ac Minyae cum Ionibus propinquitate erant coniuncti (Curt. Ion. l. l.). Multitudine igitur ex tribubus accepta (Hdt. IV, 148) cum paucis Minyarum, ceteris in

---

32) A. Boeckh d. Ther. insc. l. l.: »Wie die Heracliden durch Adoption Dorer geworden waren, so wurde es das Theras Geschlecht durch Cooptation.«

33) Stemma ap. O. Mueller p. 460: Tisamenus, Thersander, Polynices et Labdacidae, Polydorus, Cadmus et Harmonia.

Triphyliam demigrantibus, tribus[34]) triacontoris ad Callistam insulam navigavit. Comiter accepto (neque enim patriam reliquerat Phoenices expulsurus sed uti studium ac voluntatem amicitiis factis sibi pareret) Membliari posteri regnum detulerunt[35]). Qua quidem ex aetate Callistae nomen a conditore in Theram (*Θήραν*) commutatum (Insel des Theras A. Boeckh d. Ther. I. c. 3). Simili modo Melus condita est a Graecis (O. Mueller p. 310). Philonomus enim Achaeus[36]) Laconica prodita quas acceperat a Doriensibus praemium, Amyclas[37]) Lemno et Imbro Minyarum coloniam deduxit. Qui cum tertio saeculo (*τρίτῃ γενεᾷ*) in Dorienses movissent seditionem, expulsi partim Gortynem Cretensium partim Melum Phoenicum Pollide ac Delpho ducibus cum paucis Spartiatis condiderunt. Quorum urbem cum Athenienses Ol. 90, 4=416 a. Chr. n. septingentos annos post conditam a Graecis coloniam expugnarent (Thuc. V, 112, 116), 1116 fere a Chr. n. originem colonia accepit, Larcherio auctore (ad Hdt.) inter 1123—1092 a. Chr. Iisdem temporibus Dorienses Anapham[38]) et Pholegandrum (O. Mueller de Doriens. II, 105) occupasse videntur. Inscriptiones enim nominibus et institutis summam inesse similitudinem demonstrant. Theraeorum coloniam Moversius (II, 267) circum 1050 a. Chr. deductam

---

34) Quae res Boeckhio (l. l. c. II. not.) ad veterrimas tribus Doriensium, Hyllenses, Dymanatas, Pamphylos spectare videtur.

35) »Quia inferiore ortu fuissent.« Paus. l. l.

36) Erat quem medium aevum appellat vassallus Doriensium.

37) Nicol. Damasc. fr. 12. Tchn.; Strab. X, 432; Plin. n. h. 35, 15. coll. Conon. c. 36; Hdt. 8, 46; Thuc. V, 84, 3; 89, 1. Nonnullis colonia a Minoe Cretensi deducta videbatur.

38) L. Ross. de Anaphaeis inscriptionibus a. 1837. Acad. Monacensis.

putavit; evenisse enim uno ante saeculo (*μιᾷ γενεᾷ πρότερον* Paus. VII, 2, 2), quam Iones Athenis in Asiae oras colonias deduxissent[39]). Qua in re vix certi aliquid conficiemus, cum et annus coloniae Punicae desit et Cadmus[40]) ad historicas personas non attineat sed fabulis inserendus sit, et Eusebius (cf. Syncell. 1586) non VII sed IX saecula regno Punico attribuat. Qua re omissa id quod O. Muellerus disputatione sua effecit, hoc loco conferimus. Impetu enim et vi Doriensium multitudinem non mediocrem et Achaeorum et Minyarum paullatim eiectos Melum ac Theram exisse et eadem fere aetate colonias in Sporadibus condidisse. A Pindaro autem res in falsum relatas censuit (Orch. p. 324 sq.); Amyclas enim a Teleclo Spartanorum rege demum (Paus. III, 2, 6. p. 208) expugnatas esse, Thera[41]) sub Eurysthene coloniam Theraeam deducente. Quod vero Herodotus memoriae tradidisset, carmen esse epicum a Doriensibus veris falsisque rebus immixtum. Hanc igitur partem Graecae historiae cupide interpolatam liquere. Sed Herodotum quocum Pindarus fere consentit, et Doriensium gentem absolvi posse existimem. Nam Teleclus oppida viro Achaeo et Philonomi quidem posteris ut videtur subiecta regibus ipsis Laconi-

---

39) cf. Larcher, Zeitrechnung nach Herodot. p. 261—273; Corsinii tabul. reg. Laced. auctore ad a. 1073 a. Chr.

40) Fiedlerus (p. 523) ei a. 1550 a. Chr. diximus adsignasse. Od. Muellerus circa Ol. 38 Grinum collocavit.

41) Cuius soror Argia (*Ἀργεία*), Aristodemi uxor erat, Hdt. VI, 52 (Paus. 3, 1, 2 *Ἀργία*) cf. *Ἀργέα ἅ Δίωνως* (?) Rangabé 764, 3. *Ἀριστόδαμος Ἰσοκλεῦς* 2448 col. III, 11. *Προκλείδας* 2448; *Αἰσοσθένης* 2448; *Ἀγαθόπους* 2454 (Spartan. n. 1380); de conubio Minyarum et Aegidarum A. Boeckh expll. ad Pind. P. IV, p. 2264 (de Damophilo).

cis et Spartiatis tributaria reddidit, cum seditiones incolarum postea fierent et gentes migrationibus factis paullatim valere minus coepissent (Curt. Pelop. II, 246; Wagner ad Vergil. Aen. X, 554 excurs. Clavier hist. II. p. 168 ff.). Cur enim hae seditiones a Theraeis ipsis ac Cyrenensibus et annalibus Spartiatarum traditae fundamentum habeant in Doriensium Peloponnesum occupantium figmentis (cf. Herrmann Ant. civ. Gr. §. 13, 15, et quos ibi laudat), non video.

§. 6.

Callim. Cyren. ap. Strab. 10, 5; 17, 3.

Καλλίστη προπάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη
Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Insequens aetas Cyrenis conditis excellit. Quae res varie narratur et ab historicis et a poëtis qui ex Theraeis ac Cyrenensibus acceperant. Herodotus enim tam Theraeorum (IV, 150—153) quam Cyrenaeorum (IV, 154—158) narrationem Pindaro quoque partim sequente (Pind. P. IV. V.) prodidit; aliter Iustin. 13, 7 (cf. Sil. 8, 58; Paus. 10, 15, 4; Callim. schol. ad hymn. Ap. 65, 74) explicuit. Menecles autem et Acesander (ap. schol. Pind. P. IV, 10; cf. Tzetz. Lyc. 886) paullo tantum ab his discedunt (cf. Schol. Ap. Rh. 4, 1750). Quod de his auctoribus Thrigius iudicavit, non praetermittendum hoc loco censuerim. Quarum omnium narrationum veri simillimam Theraeam habuit (p. 50); Pindari et Cyrenensium explicationem poetarum nugis mira amantium maxima ex parte originem debere sibi videri (p. 55); quod Iustinus tradidisset, ad fabulas a Theopompo Chio digressionis nomine insertas referendum (p. 61), quam sententiam Heerenius (Gott. comment. societ. XX, 222 sqq.) defendit; solius

vero Meneclis (p. 67) auctoritate se haud permoveri. Quatenus haec iudicia possint vindicari, quae sequitur explicatio rerum docebit (cf. O. Mueller. d. Dor. II. p. 173 sq. Orch. p. 340 sq.).

1. Theraei haec prodidisse traduntur: Grinus Aesanii filius, unus ex Therae posteris, qui insulae regnum circa Ol. XXXVIII tenebat (*Γρῖνος ὁ Αἰσανίου* cf. C. J. Gr. II, 2448 *Γρίννος*, Iustino »Cyrnus« cf. Theogn. 19 etc. *Κύρνος*) et gentem suam (erat enim Aegidis oriundus) per IX saecula ad Clytium Sami filium perduxit (§. 9), cum Delphos hecatombam secum agens venisset, ut oraculum acciperet, Pythia respondit, urbem in Africa conderet. Qui cum propter senectutem navigare se negasset et sacerdos, ut aliquis iuvenum qui aderant, rem conficeret, regi consuluisset, Battum ille Polymnesti[42]) filium Euphemidis (§. 9) oriundum Minyen digito monstravit. Quod quia nec oraculum intellexerat neque aleam deducendae coloniae iacere audebat, regi oblivio consilii obvenit. Quo facto septem annos super Thera insula pluere desiit, ita ut omnes praeter unam arbores exarescerent. Cuius calamitatis causam Pythia praetermissam coloniam attulit (Hdt. IV, 151). Itaque cum diu malum tenuisset, miserunt ad Cretam qui quaererent, numquis Cretensium aut inquilinorum ad Africam navigasset. Legati tandem Itani purpurario (*ἀνδρὶ πορφυρέϊ*) cui nomen erat Corobius (*Κορώβιος*) occurrere, qui ventis agitatum se ad Africae insulam Plateam (*Πλατέαν*[43]) Hdt. IV, 151, 169) penetrasse dixit. Quem hominem nummis datis ad Theraeos deduxerunt. Rebus

[42]) *Βάττος* nomen etiam pastoricium Theocr. Id. IV. Ovid. met. II, 688 sq.

[43]) *Πλατεῖα* (St. B.) *νῆσος Λιβύης* (p. 527, 7) cf. p. 226, 12 sq.

omnibus circumspectis Theraei exploratores (κατάσκοποι ἄνδρες) ad Plateam detegendam Corobio duce miserunt. Qui cum invenissent, viro illo addita aliquot mensium annona in insula relicto, domum reversi quam celerrime, de itineris eventu tradiderunt. Inter quae Theraeis diutius convento morantibus Corobium inopia frumenti oppressit. Dum haec geruntur, navis Samia, cui nauclerus erat Colaeus (Κωλαῖος) navigaturus in Aegyptum, ad insulam tempestate delata. Qui mercator cognitis rebus copiis Corobio relictis ad Aegyptum vento apeliota adiuvante cursum tenuit. Qua ex aetate factum, ut et Cyrenenses et Theraei cum Samiis amicitias[44]) inirent. Interim exploratores Theraeorum de Platea reperta tradiderant. Itaque in consilio fuit fratrem sortito ex VII regionibus mittere quorum dux esset Battus sive Aristoteles (not. 50). Quo facto duas pentecontoros ad Plateam demiserunt.

2. Sed Cyrenenses id quod Theraei de Batto dicebant, hac ratione factum negabant[45]). Etearchum[46]) enim Axi Creticae urbis regem uxorem denuo in matrimonium duxisse. Sed cum ipse et noverca in Phronimam[47]) a matre priore relictam malas artes fingerent, Themisoni[48]) Theraeo mercatori eam tradiderunt, ut navigans in mare deiceret. Sed virginem naucleri dolo ex morte ereptam

---

[44]) Velut Arcesilaus II. rex Cyrenensium Sami ut regnum sibi restitueret, exercitum coëgit (Herod. IV, 163). *Βάττος* nomen nummo Samio incisum ap. Mion. III, 163.

[45]) Herod. IV. 154, 1.

[46]) *Ἐτέαρχος* etiam rex Ammoniorum Hdt. II, 34; *Ἐτέαρχ*[ος] C. J. Gr. III, 5163 Insc. Cyren. (n. 1420 Spart. cf. 1412).

[47]) *Φρονίμα Φιλοξένω* Iunonis sacerdos Cyren. C. J. Gr. III, 5143, 12.

[48]) *Θεμίσων* Cyrenensis C. J. Gr. III, 5163.

Polymnestus Theraeorum patricius in pellicatu habuit. Quae cum infantem genuisset, nomen ei, quia lingua haesitabat, Battum indiderunt; sic enim Theraei ac Cyrenenses adpellabant. Sed Herodotus (IV, 155) ex honoribus ab oraculo Delphico attributis verum nomen (Aristoteles not. 50) esse immutatum; Afris enim *βάττον* principem significari. Quam adpellationem[49]) a vaticina datam esse non inscia regem quondam fore Aristotelem[50]). Nam cum corroborasset ille aetatem, propter linguam Delphos profecto Pythia (Diod. exc. Vat. 15, 15. cf. Hdt. IV, 155 respondit):

Βάττ᾽ ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
εἰς Λιβύην πέμπει[51]), *καλλιστεφάνου Κυρήνης*
εὐρείης ἄρχειν καὶ ἔχειν βασιλήιδα τιμήν.
Ἐνθάδε βάρβαροι ἄνδρες, ἐπὰν Λιβύης ἐπιβήῃς
βαττοφόροι ἐπιοῦσι· σὺ δ᾽ εὐχόμενος [ϑ᾽] Ἡραίῃ[52])
Παλλάδι τ᾽ ἐγρεμάχῃ γλαυκώπιδι καὶ Διὸς υἱῷ,

---

49) Sed Tzetzes ad explicandam rem voce *βατταρισμῷ* utitur (cf. etiam Ovid. Ibid. 584).

50) Id verum nomen erat. Pind. P. V, 81; schol. Ap. Rh. IV, 1758; Heraclid. polit. 4, 1; Aristot. Cyren. resp. ap. schol. Ar. Plut. 295; Diod. exc. Vat. 15, 15; Callim. h. Ap. 76 (erat autem ipse Battiades Strab. XVII, 7; Ovid. Ibid. 55); cf. Acesander ap. schol. Ap. Rh. II, 398; Theochrestus in *α´ Λιβυκῶν*. »*Ἀριστοτέλης Σώ[σ]ιος [ἱ]αρεὺς Ἀπόλλωνος· μηδένα ἐντίϑη.*« C. J. Gr. III, 5154 Cyren.; philos. Cyr. Antigoni aequalis Ael. v. h. X. 8; Rhodius Polyb. 31, 1.

51) Hdt. ultima verba v. 2 habet ita: „*μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.*" Is II modo versus tradidit memoriae. — In v. 5 *βαττοφόροι* reges Numidae videntur intelligendi.

52) Sic emendo pro *ἠρανίοιο* quod non intelligo. — Paus. X, 15, 4: „*Κυρηναῖοι δ᾽ ἀνέϑεσαν ἐν Δελφοῖς Βάττον ἐπὶ ἅρματι — —, ἡνίοχος μὲν τοῦ ἅρματός ἐστι Κυρήνη, ἐπὶ δὲ τῷ ἅρματι Βάττος τε καὶ Λιβύη στεφανοῦσά ἐστιν αὐτόν· ἐποίησε δ᾽ Ἀμφίων Ἀκέστορος Κνώσσιος.*" (Pind.: *διώξιππος Κυράνα*).

Φοίβῳ ἀκερσοκόμῃ νίκην ὑποχείριον ἕξεις,
καὶ μάκαρος Λιβύης καλλιστεφάνου βασιλεύσεις
αὐτὸς καὶ γένος ἀμόν· ἄγει δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
quasi, ait Herodotus, Graece voluisset exprimere „*ὦ βασιλεῦ ἐπὶ φωνὴν ἦλθες.*" Neque vero Battus oraculum intellexit sed cum se rerum causa quae fieri nequirent venisse negasset, re infecta domum rediit. Si enim Africanam deduxisset coloniam, fore ut linguae nodus solveretur, Pythia praedixerat, id quod postea (Justin.; Pind. P. V, 51 sq.; Paus. X, 15, 4) evenisse ferunt.

Sed paullo post Theraei malis oppressi aut siccitate aut pestilentia (discrepant enim auctores), denuo consuluerunt oraculum, ut remedium adversis rebus adferret, et causam calamitatis declararet. Si Batto duce coloniam in Africam mitterent, cessura mala deus respondit. Itaque Battum duabus pentecontoris[53]) miserunt, qui coloniam duceret[54]) et in Africa coloniam Theraeorum conderet. Quod cum Theraei sive patriae moti desiderio sive partes adversas oppressuri, domum redire vellent, inhumane a civibus aut hostes aut deorum iram timentibus abs terra arcebantur. Itaque cum repulsi itineris aliquid fecissent, Plateam[55]) detexerunt, ibique sedibus constitutis biennium fere incolebant. Sed posteaquam res multo melius non

---

[53]) Justin. tamen: »Quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix unam navem complerent.«

[54]) Ab Ammiano 22, 16; Solin. c. 27 Cyrenarum conditor iure Lacedaemonius appellatur (de re cf. Thucyd. I, 24); et Cyrenarum urbs »Amyclaeorum populus« ab Eustathio in Dionys. Perieg. v. 213 versione.

[55]) Hdt. IV, 156: „*λέγεται δὲ ἴση εἶναι ἡ νῆσος τῇ νῦν Κυρηναίων πόλι.*"

cessisse intellexerunt, uno ex Theraeis relicto Delphos reversi, denuo Apollinem consuluerunt. At Pythia (Hdt. IV, 157) si melius quid scirent Apolline, se valde eorum admirari sapientiam respondit. Inde in terram ipsius Africae contra Plateam sitam Azirin (St. Byz. p. 32, 10 *Ἄζιλις*, Characi Aziros, Sallustio Dionysio fluvii et loci nomen) coloniam transtulerunt. Qui cum hoc loco sex annos habitassent, Afri Graecis persuadentes ad amoeniorem regionem [56]) cui nomen erat Irasa, Thesti, fonte Apollinis insignem deduxerunt (*Ἴρασα* urbs Pind. P. IX, 110; St. B. *Ἰέρασα*, de fonte Hdt. IV, 159; Pind. P. IV, 294). Colonia eodem deducta Dorienses ad XXXX annos Batto [57]) vetere (*τῷ παλαιῷ*) et Arcesilao primo, eius filio a. XVI regnantibus consederunt.

3. Acesandro [58]) historico Batto principi animi simulationem suggerente, Menecles bello civili alterarum partium consiliis pulsum tradit, cum reputaret secum bellum patriae inferret an deduceret coloniam, oraculum Delphicum adisse. Cui deum respondisse haec:

Βάττε, τὸ πρόσθε κακόν, τὸ δεύτερον ἐσθλὸν ἐρευνᾷς·
Ἔρχευ, λείφ' ἀλίαν χώραν, ἤπειρος ἀμείνων.
Ἠῷος πρότερον δόλον ἔκβαλε, πείθεϊ πείθων.
Στέῤῥην γῆν ὁσίως ἣν μισεῖ [59]) πολλὴν ἀθεμίστως.
Οἷα τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

---

[56]) Fertilitatem laudant Strab. 17, 3; Pind. P. 9, 2; alii; Pseudotibull. IV, 1, 139 »fera Theraeo obsessa tellus colono.«

[57]) Gens *Βαττιάδαι* Callim. h. Ap. 97; Pind. P. V, 20; Hdt. IV, 202.

[58]) Acesander *ἐν πρώτῳ Κυρήνης* Schol. Ap. Rh. IV, 1758, cuius nomen C. Muellerus in fr. hist. Gr. II. p. 464 ap. Schol. Ap. Rh. II, 498 pro Acestore restituit. Praeterea ab Hesychio Mnaseae cuiusdam Cyrenaica laudantur.

[59]) Verba obscura.

Qui versus a Menecle aliove conficti videntur (cf. v. 2, 4); Cyrenaei enim primum in insula, tum demum in Africae continenti sedes tenebant. Quodsi narrationum varietatem conferimus, Cyrenensium historia Theraeam quodammodo suppleri videmus; de matre enim Batti, de causa qua Delphos adierit, de fortunis Theraeorum Plateam navigantium traditur. Praeterea nomina titulis Cyrenaeis laudata, Phronima, Etearchus, Themiso, Aristoteles hanc narrationem, qualis a Herodoto ac partim in Pindari carminibus refertur, praecipue apud patricios Cyrenensium percrebuisse demonstrant. Notabile vero a Pindaro de Phronima Cressa nusquam tradi.

Itaque cunctis rebus collatis ita coloniam esse conditam conicio. Aristoteles propter haesitantiam linguae Battus adpellatus[60]), Minyis Euphemidis (§. 9) oriundus, Phronima Polymnesti patricii Theraei pellice, Etearchi Oaxiorum regis filia natus, regi Theraeorum Grino propter imparem originem maternam et fortasse ob potentiam invidiosus atque summae patriciorum parti propter linguae malum ridiculus fuisse videtur. Itaque rex Aristotelem Delphos deduxit, ut oraculum de haesitantia consuleret. Cui deus, si ad Africam ignotam tunc Theraeis terram Battus coloniam deduceret, fore ut malum esse desineret, ex convento respondisse videtur. Qui cum inter cives potens et gratiosus fuisse videatur, triennio demum fere interposito cum siccitas aut pestilentia Theraeos opprimeret, oraculo Apollinis iterum imperante, a patriciorum parte coactus ad Plateam terra ante explo-

60) Ita Olympiodoro (in vit. Platon.) auctore Platonis verum nomen fuisse dicitur Aristocles; Plato autem ex „πλατύτητι τοῦ ὤμου“ nomen obtinuit.

rata Corobii Itanii phrygionis auxilio, coloniam deduxit, aut bello civili gesto aut precibus Theraeorum adductus qui deorum iram et malum caelo demissum timerent. Quae fortasse causa fuit, ut Aristotelem ac cives Theraeos sive patriae desiderio ad reditum adductos aut potentiae restituendae cupiditate impulsos inhumane a terrae oris defenderent; qua quidem de re Theraeorum narratio plane tacet. Quod sequitur difficultates haud praebet[61]). Quamquam Cyrenarum origo hac ratione fortasse acerbius descripta videatur, inesse utrique narrationi constat, quod frustra studium quoddam et cupiditatem tegere studet. Herodotus autem hac in re auctorum summus auxilium negat; neque enim usquam fert iudicium sed simpliciter narrat quod ex Theraeis et Cyrenensibus accepit.

Nunc relinquitur, ut paucis de Aristaeo[62]) heroe agamus, cuius fabula cum Cyrenis conditis cohaeret (cf. A. Boeckh. ad Pind. P. IX, 104 sq. schol.; Wesseling. ad Diod. IV, 81 sq. Heynius ad Verg. Ge. I, 14; Ph. Wagner. ad Ge. IV, 283; Bacchylid. fr. 62 B.; Pind. fr. 139; Cic. n. d. III, 18; Verr. 4, 58. act. II). »Cyrenen enim,« tradit Iustinus, »eximiae pulchritudinis virginem ab Apolline a monte Pelio Thessaliae raptam perlatamque in Cyrae montis iuga Africae, a deo repletam IV pueros peperisse, Nomium,

---

61) Pindarus (P. IV, 1—69, praecipue a v. 13—23) et Apollonius (IV, 1729—1752 sq.) ex gentiliciis fabulis Battiadarum ita exornant, ut Medea heroibus redeuntibus apud locum ubi postea Callista emersit, Cyrenas a Theraeis orituras praedicat.

62) Justinus Battum falso (17, 1) Aristaeum appellat; itaque »Aristoteles« hoc loco emendo. Aristaeus enim in fabula, de qua postea egit Iustinus, Aristoteles in historia ab eodem praemissa laudatur.

Aristaeum, Autuchum, Agreum (Pind. P. IX, 4—75. Ap. Rh. II, 502—529); missos a patre Hypseo qui perquirerent virginem, loci amoenitate captos in iisdem terris cum virgine resedisse; ex his pueris tres adultos in Thessaliam reversos a vita regna recepisse, Aristaeum in Arcadia late regnasse, eumque primum et apium et mellis usum et lactis coagula hominibus tradidisse[63]) solstitialesque ortus sideris primum invenisse« (Mueller. Orch. p. 348). Cuius herois cultum ex Arcadia, Thessalia, Boeotia progressum ab Arcadibus in Ceam insulam adnotavit A. Boeckhius. — Od. Muellerus recte (Prolegom. zu einer wissenschaftl. Mythologie, p. 374). Cyrenas inter Ol. 35—37 conditas existimavit, cum Colaei Samii aetate iter quod fert ad Africam adhuc ignoraretur; Thrigius (p. 95) inter a. 648—625 a. Chr. constituit; Pegius (p. 86) paullo discedit; Theophrastus (hist. plant. VI, 3) ante Simonidem archontem circa CCC annos, Plinius (n. h. 19, 3) in a. U. 611 originem urbis incidere statuit; Battus[64]) autem (schol. Pind. P. IV, 15 Heyn.) ab Euphemo (§. 9) generis auctore septimus decimus habebatur (cf. Meurs. ad Athen. IV, 15).

Cyrenenses (hodie Grenne) usque ad Batti V aetatem qui decessit in Hesperidis (Benghâzi), sub regibus permanebant seditionibus intestinis et bellis cum Afrorum gentibus gestis turbati; tum imperio populari constituto mox Persae Cyrenaicam receptam in provinciae formam redegerunt; ab Alexandro denique Macedone captam post huius

63) Quod ad nomen Cyrenarum pertinet, alii a nympha Cyrena, alii a monte Cyra (Justin.) aut a fonte Cyra (*Κύρη* Pind. P. IV, 524; Callim. h. Apoll.) nomen urbis deduxerunt.

64) Quod nomen Milesiis etiam nummis incisum (Mionnet III, 280) invenitur.

regis mortem Lagidae satrapiis adiecerunt, quoad Romani Ptolemaeorum regni fine facto terram hereditariam ab Apione ultimo rege susciperent et cum Creta eodem fere tempore expugnata unius praetoris coniungerent imperio.

§. 7.

De Theraeorum statu qui Cyrenis conditis successit, vix aliquid gravius traditur; nam quo tempore potentia regum sit deminuta, cum postea magistratus omnes a patriciis occuparentur (§. 9), non constat. Sed Herodotus (IV, 163) memoriae prodidit, postquam Arcesilaus II, Cyrenensium rex, regnum sibi restituit exercitu a Samo adducto, adversariorum partem ad Cyprios ad supplicium missam salute Cnidiorum[65]) auxilio data in Theraeorum insulam venisse, ubi populus fugientes benigne accepit. Praeterea Hdt. V, 42 Cleomene rege creato Dorieum Lacedaemonium, cum eius imperia ferre nequiret, multitudine a Spartiatis accepta oraculo Delphico non consultato et ritu sollemni omisso ad Africam tradit coloniam Laconicam deduxisse, ac Theraeos sibi duces itineris fuisse. Sed urbe ad Cinypa regionem amoenissimam condita apud fluvium, tertio anno post a Macis Numidis et Carthaginiensibus expulsus, infecta re in Peloponnesum rediit.

Qualem bello cum Persis gesto conditionem sint consecuti, diligentius explorari nequit; nescio an neutram

---

[65]) Cnidus colonia Laconica tunc amicitiis cum Theraeorum populo coniuncta fuisse videtur, Cyrenensium regi infesta; cf. C. J. Gr. II, 2449 ubi proxeniae honorem Cnidio attribui verisimile. Thebanorum societatis vestigia Carnei Apollinis cultorum (§. 9. 10) nihil invenimus.

partem sequerentur, cum et Punicae coloniae veteris memoria diu teneret in insula propter Cadmi memoriam, et incolentium vires ad defendendum vix sufficerent. Neque ante pugnam Salaminiam, pentecontoris (cf. Hdt. IV, 153, 156) contra Persas missis velut Melii (Hdt. VIII, 48) auxilium Graecis tulerunt.

Itaque hac aetate omissa, transeamus ad insulae statum qualis bello Peloponnesio fuerit.

Thucydide II, 9, 2; Diodoro XII, 42 auctoribus omnes aliae Cyclades praeter Melum ac Theram foedus cum Athenibus bello Peloponnesio ineunte fecerunt. De Meliis Thucyd. V, 84, 3: „*οἱ δὲ Μήλιοι Λακεδαιμονίων μέν εἰσιν ἄποικοι, τῶν δ' Ἀθηναίων οὐκ ἤθελον ὑπακούειν, ὥςπερ οἱ ἄλλοι νησιῶται, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον οὐδετέρων ὄντες* (neutram partem sequentes) *ἡσύχαζον, ἔπειτα, ὡς αὐτοὺς ἠνάγκαζον οἱ Ἀθηναῖοι δῃοῦντες τὴν γῆν, ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν,*“ de Thera vero nihil amplius neque in Thucydidis nec Diodori libris traditur. Ol. 88, 2 igitur aestate Athenienses (Thuc. III, 91, 1) LX navibus et MM gravis armaturae militibus Niciam Nicerati filium praefectum classis miserunt, ut Atheniensium rebus studere Melios cogeret. Quo anno tota haec expeditio terra vastata proelio non commisso infecta re Oropum se contulit. Sed Ol. 90, 4 hieme impetu ante frustra facto (V, 84) Atheniensibus bis Meliorum vi repulsis Philocrates Demeae filius (Thuc. V, 116) urbe Melo capta (*ὁ Μηλίων λιμός* proverb. Ar. Av. 186 schol.) iussu plebis omnes ad unum puberes cecidit liberosque et coniuges vendidit (Isocr. paneg. §. 100 *ὁ Μηλίων ἀνδραποδισμός*, cf. Arr. anab. I, 9; Xen. Hell. II, 2, 3). Lysander demum Spartanus cum Aeginae esset (Xen. Hell. II, 2, 9) Meliis

qui supererant bello confecto, Ol. 93, 4[66]), urbem restituit (Plut. Lys. c. 14).

Theraeorum igitur insulam Boeckhius (Staatshaushalt der Athener II. Vol. p. 689. ed. II), *priusquam Melo bellum intulissent*, ab Atheniensibus esse subactam recte iudicavit. Rem confirmari tituli fragmento Davidoffii (no. XLVI) et Rangabaei (no. 269. S. 351) et L. Rossii libris inserto[67]).

— — — — *μ πέμπειν περὶ*]

— — [*τὸν φ*]*όρον ἀνα*[*γράψαι κ. τ. λ.*

Itaque in tributario catalogo Attico [*Θη*]*ραῖοι* supplendum probabile videbatur. Et Atticae quidem III inscriptiones lapidi Pentelico incisae, *post Euclidae magistratum* conscriptae, quas ediderunt et Pittakis in Ephemeride archaeologica et Rangabé, societatem quandam fuisse cum Atheniensibus confirmant, sed praeter unam tam obscurae et mutilae sunt, ut pauca de his desumantur.

1. A. E. 1606. p. 953; Rangabé n. 516 inter Propylaea et Promachum reperta:

φρ

κηλοε

[*τοῖς*] [*Θηρ*]*αίοις καὶ τοῖς*

[*διαλλ*]*αγὰς καὶ τὰς ἐκ*

λελειμμένοις μ[*ὴ*]

α ἐὰν μὴ παραδίδ

κατεγνῶσθαι ὑπ[*ὸ*]

[*ἀ*] *γωγίμους εἶναι*

66) Lacedaemonii ibi versabantur Ol. 91, 4: Thucyd. 8, 39, 1; 8, 41, 4, quo loco Kistemaker recte pro *Μιλήτου* restituit *Μήλου*. »Bestätigung geben auch die Worte *ἤδη-γὰρ αὐτάς*«, Haacke.

67) navis *Θήρα*. A. Boeckh. Att. catalogus naut. p. 88, cf. p. 95; cf. nomen *Κρήτη*, p. 89; *Δῆλος* p. 85.

[τοῖ]ς Θηραίοις κυρί[α]
[ἑτέ]ρους τέτταρας Θ[ηραίους]
[τοῖ]ς εἰς Θήραν ἀφικ[ομένοις]
[αφι]κόμενον· ἐὰν δέ τ[ις]
[τ]ὸν αὐτὸν εἶνα[ι]

Quo titulo de Theraeis agi, v. 9 et 11 (cll. v. 2 et 10) demonstrant; praeter quos v. 2 aut Athenienses aut alter populus (*καὶ τοῖς*) laudatus esse videatur. Res fortasse si Rangabé in v. 4 recte coniecit *διαλλαγάς* (Pittakis *διαταγάς*), ad foedus cum Atheniensibus contractum pertinet, quod simul commercii (v. 8) rationem habuit; v. 5 nescio an ad argentum quod reliquum restat, respiciat; v. 6—7: si res (aut pecunia aut alia) de qua agitur non tradatur, condemnari ab his qui hunc ad finem sint constituti. V. 9 ius decernendi Theraeis attribuitur; v. 11. IV Theraei laudantur qui Theram profecti ibi rem aliquam conficiant; v. 13 poena constituitur (*ἐὰν δέ τις — — —, τὸν αὐτὸν εἶναι μέτοχον τῆς ζημίας?*).

2. A. E. 1616. pr. 955; Rangabé 807.

καὶ [τ]ῷ Φιλο
[Ἀ]λκι[β]ιάδου Α
[τὸ]ν Θηραῖον κα
τα ἐμέρισεν
[τὴ]ν θυσίαν τὴν π
[δρ]αχμὰς ὅπως
τοὺς περίπλο[υ.]
θεοὺς εὐσεβ[ῶς]
Ἀθηνᾶς τῆς
Βατῆθεν ὁ
στεφάνου[ς]

[ἐ]παινέσ[αι]

[Ε)ὐθυκρ[άτ . . . .]

Hoc titulo v. 3 Theraeus homo laudatur, nisi litteris *κα* substantivum inesse putamus. Qui sit Alcibiades ille (v. 2) vix constat; esse enim qui apud senatum Romanum Philopoemenem et Achaeos accusavit (Polyb. 23, 4; Paus. VII, 9, 2), demonstrari nequit, quamvis *Α* — — — ad Lacedaemonium spectare possit. Alter Atheniensis (non Scambonida) A. S. 13. a. 21. 57. circa Ol. 113, 3, laudatur. V. 4 de impensis agi videatur; v. 5 et 8 ad sacrificia et v. 6 ad pecunias in ea conficiendas pertinet; v. 11—12 coronae laudesque tribuuntur, v. 7 *τοὺς περίπλου ἡγουμένους?*

Valde autem dubium, an A. E. 1440. p. 899 ad res Theraeorum attineat.

ο

της

ναῖος

νιεύς

ῥαῖος

ήνιος

άνθιος

[στ]έφανοι Μενο

ν δε λ. διλυσ.

Quamquam enim v. 4 *Θηραῖος*, v. 5 *Τήνιος* vel *Κεφαλλήνιος*, v. 6 *Ἀκάνθιος* potest suppleri, tamen fortasse hic titulus sive est foederis decretum sive ad honores pertinet, *Cretensium civium* nomina tradere videatur.

Itaque ex omnibus his titulis nihil aliud concludi potest quam societatem aut foedus Theraeis cum populo Atheniensium fuisse inter magistratus Euclidei et Alexandri regis aetatem; imperio enim Atheniensium Lysander for-

tasse ut Melios ita Theraeos liberavit (Ol. 94, 1) nisi pax demum Antalcidea (Ol. 98, 2) libertatem vindicarit.

Alexandro mortuo Ptolemaeus Philadelphus Cycladas et Sporadas regno Aegyptio subegit (Theocrit. 17, 90; A. Boeckh. ad C. I. II, 2273, 2492). Huic aetati attribuenda C. I. Gr. II, 2451:

ὁ δᾶμος ὁ Θηραίων
ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου
καὶ βασιλίσσας Κλεοπάτρας
θεῶν φιλοματόρων
καὶ τέκνων αὐτῶν
Διονύσῳ.

A. Boeckh[68]): »Titulus pertinet ad Ptolemaeum VI neque ante a. XIX regni illius scriptus est, quod non antea liberos habuit. Cf. Letronne Recherches sur l'Egypte 39. Igitur titulus circa a. Chr. 160 scriptus statui potest.«

Ol. 145 Rhodii (Strab. I, 57) ad Hieram recens ortam (§. 3. 10.) coloniam deduxerunt. Rhodus autem insula cum Theraeorum rebus quodammodo cohaeret (§. 9); erat enim ibi oppidulum (*πόλις ταπεινή* St. B. 213, 14) Thera, et in Caria[69]), ut videtur, eiusdem nominis colonia quam Alexandri duces cum aliis urbibus expugnarunt (Arr. an. II, 5, 8; St. B. 313, 15). Ceterum nomen Hippuridos (§. 2) et Euthenorum in insula Hippurisco (St. B.) Cariae et

---

68) C. J. Gr. Add. II, 2919 b. Tralliana inter Antiochenos, Macedones, Sporadum incolas, alios *Μένιππος Θηραῖος* laudatur in catalogo, qui ad Seleucidarum aetatem pertinet. — C. J. II. Add. 2416 a. *MENO* | — — | — — | — | / *ΑΡΔΙ* quid sibi velit non intelligo. Fortasse ad Cybelae cultum referenda; Agdistis enim Cybela Pessinuntia colebatur, (Strab. XII, 6; cf. §. 10).

69) et urbs Sogdia. St. B. 315, 15.

Euthenis (*αἱ Εὐθηναί* St. B.) eiusdem terrae oppido facile agnosces. Sed num hinc quoque Rhodiorum societatis vestigia concludi debeant, nobis non constat; itaque simpliciter rem tradimus.

Quibus honoribus Theraei Imperatores Romanos affecerint, tituli haud procul ab antro quodam prope Oeam reperti declarant (C. I. Gr. II, 2452—2457), de quibus §. sequenti dicemus.

§. 8.

1. C. J. Gr. II, 2452:

[Γ]άϊον Γερμανικὸν Καίσαρα
[πατέρ]α Γαΐου Καίσαρος
Σεβαστοῦ ὁ δᾶμος.

2. No. 2453. »Pertinet ad Claud. Imp. cf. no. 319« (B). *Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν Γερμανικὸν Κοίρανος Ἁγνοσθένους καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἁγνοσθένης ὑπὲρ τοῦ δήμου.*

3. No. 2454 de porticu a IV patriciis Theraeis sumptu suo Imp. Traiano exstructa (»non ante 116 p. Chr. scripta«) agitur. Quidquid materiae relinquitur urbi (Oeae?) ad opera publica restituenda concedunt. Traiani nummum argenteum Theraeum L. Rossius a. 1837 (It. I. III. p. 31) invenit. Titulus est:

Ὑπὲρ τῆς τοῦ μεγίστου καὶ θεῶν ἐνφανεστάτου Αὐτοκράτορος Νέρβα Τραϊανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ ὑγείας καὶ διαμονῆς, καὶ ἱερᾶς συγκλήτου δήμου Ῥωμαΐων ὁμονοίας, Ἀγάθοπος Εὔτυχος καὶ Πολυοῦχος καὶ Ἀριστόδαμος καὶ Καρτιδάμα[70]) *τὴν στοὰν*

[70]) C. J. Gr. I, 345. tit. Att.: »*Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Ὀλύμπιον τὸν σωτῆρα τοῦ πάππου ἡμῶν Φιλήμονος, Φι-*

ἐστέγωσαν ἐκ τῶν ἰδίων, τὴν τῶν ξύλων καὶ τῶν στρωτήρων ὕλην καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν εἰς τὴν στέγην δαπάνην πᾶσαν παρασχόμενοι κατὰ δωρεάν· τὴν δὲ περιλειπομένην ἐκ τῆς πρώτης στέγης ξυλικὴν ὕλην ἐξεχώρησαν πόλι πρὸς τὸ ἐκ τούτων τῶν ξύλων καὶ ἕτερα τῶν κατεπειγόντων καὶ κατηρειμμένων ἔργων διορθώσεως τυχεῖν.

4. No. 2455. Titulus de M. Aurelii statua magistratuum opera Theraeorum posita tradit. L. Rossius (It. I. p. 31) a. 1831 duos Antoninorum nummos argenteos in Thera invenit. M. Aurelii nummum quo Apollo cygno insidens et aërem pervolans repraesentatur, Mionnet. n. 332 laudat. Titulus est:

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Θηραίων, τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἀνάστασιν ποιησαμένων ἀρχόντων (§. 9) *Ἀσκληπιάδου β̄ καὶ Κοιήτου* (»Quieti«) *β̄ καὶ Ἀλεξάνδρου Εὐφροσύνου, ἱερασαμένου Πολυούχου.*

5. No. 2456 L. Septimius Severus honore afficitur. Cuius imperatoris nummus Apollinis faciem ostendens (Sestini. descr. numm. vet. n. 2. p. 232) extat (cf. Mionnet. n. 337). Titulus est:

Αὐτοκράτορα Λ. Σεπτίμιον Σεβῆρον Περτίνακα Σεβαστὸν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Θηραίων.

6. No. 2457. Agitur de statua quam ex S. C. et populi scito magistratus maximus Aurelio Caracallae posuit.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Αὐρήλιον Σεβῆρον Ἀντω-

λήμων καὶ Πάσιππος καὶ Ἀπολλώνως τὸν ἴδιον εὐεργέτην δι' ἐπιμελητοῦ τοῦ πατρὸς Πολυούχου [τοῦ] Καρτιδάμαντος.« Polynchum et Cartidamantem Theraeos esse, non Atticos, comparato titulo n. 2454. 2448. liquet.

νεῖνον Εὐσεβῆ Σεβαστὸν Ἀραβικὸν Ἀδιαβηνικὸν Παρθικὸν Γερμανικὸν Μέγιστον ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Θηραίων [ἐπ'] ἀρχ[ῆ]ς Αὐρ. Ἰσοκλεῦς Ἀσκληπιάδου τὸ β̄ καὶ Αὐρ. Κλεοτέλους Τυράννου καὶ Αὐρ. Φιλοξένου Ἀβασκάντου, τὴν πρόνοιαν τῆς παρασκευῆς καὶ ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος ποιησαμένου τοῦ πρώτου ἄρχοντος Αὐρ. Ἰσοκλεῦς τὸ β̄.

Praeterea nummi Theraei et L. Veri (Mionnet. n. 166. 333, cuius signum est Terminus deus adstans in templo tetrastylo, n. 334) et Commodi (n. 336 Mionnet.) et LX Gallieni et Saloninae contra Exomytana sepulcra reperti (L. Ross. l. l. p. 81) extant.

Ex Vespasiani aetate Theraeorum insulae ad Insularum Provinciam (Sext. Ruf. c. 10) pertinebant, pariter ac Melus cum Cycladibus et Sporadibus (Hierocl. Synecdem. V. p. 395, 30), ac postea in themate habebantur quod *Αἰγαῖον πέλαγος* dicebant (Const. Porph. d. them. 17. p. 43, 13); et recte quidem Ammianus (17, 7) tradit, in Asia id est in provincia huius nominis cui Cyclades adnumerabantur (Zosim. II, 32), Delum et Rhodum et Hieram emersisse. Postquam[71]) Constantinopoli expugnata Latinorum armis senatus Venetorum permisit, ut, quicunque vellet patricius, navibus comparatis partes et continentis et insularum Graeciae sibi expugnaret, a. 1207 Paro Melo Thera Pholegandro Naxo Cimolo Siphno Io Anapha Amorgo receptis, usque ad 1220 Marius Sanutus his in finibus Nicosia addita regnavit. A. 1210 cum a Venetis defecisset,

[71]) cf. de his rebus Peg. c. V; Tournefort. p. 314 sq. — Therasiae hodie unus extat titulus lanci sepulcrali inscriptus (C. J. Gr. II, 2416 Add.; Ross.: Kunstblatt a. 1836, n. 20, pag. 719) ita: ΠΡΕΙΜΟϹ (*Πρεῖμος*).

Henricus Byzantius Latinorum Imperator, ei nomen Ducis indidit. Postquam ex a. 1326 Sanutis gens Crispa successit (Signore di Santorini), Naxiorum ducibus oriunda, Soleemani II Turcarum soldano iam ex a. 1599 vectigali tributo, insulae a Moamethis ducibus captae sub ditionem imperii Turcici venerunt, quo a. 1823 liberatae sunt.

§. 9.

Posteaquam posteri Membliari Phoenicis (§. 5) Doriensibus Lacedaemoniis rempublicam gubernandam tradiderunt, nobilissima gens conditoris Spartiatae, Aegidae, regnum consecuta (Hdt. IV, 145). Sed causae quaedam ignotae effecerunt, ut potentia et magistratus paullatim ad patricios transirent. Itaque Arist. polit. IV, 4 (edit. Acad.) lineamentum Theraeorum et Apolloniae reipublicae descripsit sic: »*ἔτι διαλητέον ὡς οὔτ᾽ ἂν οἱ ἐλεύθεροι ὀλίγοι ὄντες πλειόνων καὶ μὴ ἐλευθέρων ἄρχωσι δῆμος*[72]), *οἷον ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐν τῷ Ἰονίῳ καὶ ἐν Θήρᾳ, — ἐν τούτων γὰρ ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων*[73]) *ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες κατ᾽ εὐγένειαν καὶ πρῶτοι κατασχόντες τὰς ἀποικίας ὀλίγοι ὄντες πολλῶν*« —. Neque vero Theraei hospites et externos expellere solebant Apolloniatarum exemplo

---

[72]) Od. Mueller. Orch. p. 330 »Aristocratische Democratie.« Erat (cf. Plut. Arat. c. 2) »*ἄκρατος καὶ Δωρικὴ ἀριστοκρατία.*«

[73]) *πόλις*· Theraeorum et Apolloniatarum respublica. Cave existimes Theram aliquod oppidum antiquum in Thera exstitisse. *Κοινὸν* illud a L. Rossio laudatum (§. 4) videlicet non demonstrat; ad sodalicium enim cognatorum, si testamentum Argeae (§. 9) intelligitur, pertinet.

(Ael. v. h. XIII, 15, 2) et Lacedaemoniorum; in Theraeis enim finibus sepulcra III extraneorum, praecipue Pamphyliaca quae ad Ptolemaeorum aetatem spectare videntur (cf. Theocr. 17, 88), reperta sunt; cf. Boeckh. d. Ther. Inscr. n. 98:

»Ἡφαιστίων Εὐμήλου Ἀσπένδιος«,

et L. Ross. J. J. Gr. III, 227, a. b.

a) Φιλήρατος Ἀγυλίδα Κορίνθιος.

b) Νουμήνιος Ἀρτεμιδώρου Σιδήτης.

Sic C. J. Gr. II, 2465 cives et hospites Theram incolentes distinguuntur »[τοῖσιν] πολίταις τοῖς τ᾽ ἐνοικοῦσιν ξένοις.«

Theraeos in VII regiones (χώρους), distributos habitasse, iam supra (§. 4) diximus. Quam vocem alii aliter exposuerunt. Laurentius Valla »urbes«; contra Thrigius p. 35, Wesselingius, Schweighaeuser. variet. lect. in Hdt. II. p. 177 in universum »locos« vel »regiones« designari censuerunt. Χῶρος autem Herodoto idem est quod χώρα, ut ex V, 42 apparet, ubi a Dorieo in regione (χώρῳ) Cinype urbem (πόλιν) conditam narrat. Soph. O. C. 667 (εὐΐππου — τᾶςδε χώρας) Colonus, demus Atticus, intelligitur. St. B. vero p. 697 summatim: »ἡ μερικὴ γῆ«. Itaque Od. Muellerus et A. Boeckhius VII Minyarum oppidis Triphyliae collatis accuratius κώμας id est »demos« (cf. Arist. poet. III, 3. p. 151, 27 sq. Bekk.) interpretabantur. An versus illi (Boeckh. d. Ther. J. n. 108, 2):

Φωσφόρον (Hecatam) ἣν τιμῶσιν
ὅσοι χώραν κατέχουσιν,

huc pertineant dubitem. Vide p. 66.

Regno[74]) Theraeorum circumvento magistratus primum ad ephoriam (*ἐφορείαν*) transierunt. Quod testamento Epictetae (2448) praescriptum est: „*ἐπὶ ἐφόρων τῶν σὺν Φοιβοτέλει*" (I. a.) et „*ἐπὶ ἐφόρων τῶν σὺν Ἱμέρτῳ* (II. a.) simul demonstrat, ut Lacedaemone, ita in Thera unum ex ephoris (Phoeboteles, Himertus) collegio praefuisse[75]). Ephororum institutum Theopompi regis aetate receptum Theraeorum colonia deducta Cyrenas transiit. Heraclid. IV, 5 polit.: „*νόμος δ' ἦν τοὺς πολυδίκους καὶ κακοπράγμονας ὑπὸ τῶν ἐφόρων (τῶν Κυρηναίων) προάγεσθαι καὶ ζημιοῦν τούτους καὶ ἀτίμους ποιεῖν.*" Quem magistratum cum in *Melo*[76]) non reperias titulis confirmatum, tamen propter propinquitatem Lacedaemoniorum ibi fuisse conicias; potestates vero Meliorum ad paucos (*ὀλίγους*) redisse plebemque valuisse minime, cum de rebus gravissimis ad senatum referretur, et raro consuleretur contio (Thucyd. 84, 4), pro certo constat.

Deinde sub imperio Romano, ab Caesare Augusto forsitan, magistratus trium archontum (*ἀρχόντων*) Therae (n. 2455. 2457), Anaphae (2477, 4. 5), Meli (Add. 2439.

---

74) Duo tantum nomina traduntur, Grinus eiusque parens Aesanius (Hdt.). Fortasse Theopompi quoque aetate ephoriam Theraei patricii receperunt (cf. O. Mueller. d. Dor. III. p. 112). Ad regnum spectant nomina Theraea et Cyrenensia haec: *Βασιλοδίκα, Βασιλώ, Ἀρχαγέτας* (cf. rhetra Lycurgea ap. Plut. Lyc. c. 6), *Κοίρανος, Τύραννος, Σκαμότας* (i. e. sceptuchus Boeckhio auctore).

75) n. 2449 ephori nomen obliteratum videtur (A. Boeckh).

76) Geronthrarum et Oetyli Eleutherolaconum tituli laudant ephoros; Messeniorum Polyb. IV, 4, 31; Heracleae Italicae (conf. comment. ad tabul. Heracleens. in C. J. Gr. III. p. 705) unus ex ephoris erat eponymus.

b. 4. 7 [77]) instituebatur ita, ut unusquisque eorum, velut Romae consules, menstruum imperium teneret (n. 2457. Ther. I. „πρώτον ἄρχοντος,“ »da regierendes Archon war« —). — Secundum ephoros archontesve senatus (ἁ βουλὰ antiquis titulis; ἡ βουλή, Cf. nomen Βωλακράτης, i. e. »princeps senatus,« corrupte ΒΩΔΑΚΡΑΤΗΣ n. 2448) ac populus (ὁ δᾶμος), id est ordo patriciorum, in republica valebant (cf. etiam Thucyd. V, 84 ξυνέδρους τῶν Μηλίων). Tum uterque aut senatus populusve solus statuas quidem hominibus de civitate meritis posuit (C. I. Gr. 2462) et coronas aliosque honores optimo cuique (n. 2459) seu vivo seu mortuo (§. 10) tribuit, et proxeniam [78]) decrevit (cf. C. I. 2450 cuius principium deest) propter beneficia reipublicae reddita, quos homines scriba publicus ([γραμμ]-α[τ]εύς) inscripsisse videtur. Titulo quodam satis mutilo (Ross. I. I. Gr. III. n. 250), ubi Patrocli (v. 3) [79]) ἐπιστατ —

[77]) Antiochides (?) et Mnaseas; tertius non laudatur. Quae trias archontum et ipsa ad veteres III tribus spectare videatur, quas adhuc in Demonactis Cyrenensium distributione agnosco.

[78]) C. I. 2450:

„ἀνέγραψε[ν ὁ γραμμ]α[τ]εὺς
προξένος καὶ εὐεργέτας
Ἀπολλώνι[ο]ν — — ἄνδρου Ἀ
Ἀ — — — Πύθαρχον Ἐπι[γ]έν[ο]υς
Πολύχα[ρ]μον Τ . . . ήτου Διονύσιον
Νικαγόραν Νι[κάνδ]ρου.“ cf. n. 2449.

[79]) v. 6 ἐπιστατ — utrum ad proedrorum et prytanium epistatam (tit. Astypalaeens. n. 2483) spectet an ad ἐργεπιστάτην, non constat; prytanes quidem et proedri adhuc in Theraeorum titulis non occurrunt. — C. I. 2424 „δᾶμος ὁ Μαλίων Σ— — — [Ζ]ωπύρου τὸν εὐεργέτα[ν] ἐτίμησε στεφάνῳ [ἀριστ]είῳ ἀπὸ χρυσ[ῶν]. Cf. n. 2376.“ — N. 2425: „ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος (ὁ Μηλίων) στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Εὔρυθμον Ἐπιτύχιος προμοίρως βιώσαντα. Ἑλικωνιὰς Ἑρμοῦ.“ (2427). —

(v. 6) et Apollodoto et Timostrato (v. 7—8) nescio an externis, si v. 9—10, v. 12—13 οἱ παρα[γενόμ]ενοι ἐς Θήραν ad eosdem pertinent, plebiscito (v. 12 ψάφισμα) coronae aureae (ἀπὸ δραχμ[ᾶν] — — —) tribuuntur, scriptum est (v. 12 sq.): „ἀναγέτω τὸν στέφανον ὁ πρεσβύτας αἱρεθὲς, οἱ δὲ ταμίαι ἀναγ —." Quaestores igitur decretum incidendum curanto (cf. Curt. 12 A. I. tit. 2); quis autem est πρεσβύτας ille? Vir senatorius videtur esse; πρεσβυγενεῖς enim rhetra Lycurgea (Plut. IX. p. 155) Lacedaemoniorum senatores adpellantur.

Quemadmodum populus [80]) fuerit distributus conicere tantum licet; id vero constat, ex tribus Spartanorum tribubus (Dymanatis, Pamphylis, Hyllensibus; de his cf. A. Boeckh. ad Pind. Pyth. I. Tom. III. p. 324 sq.; O. Mueller. de Dor. II. p. 77) multitudinem delectam ad insulam pervenisse, et ut Cyrenis et Spartae, ita etiam Therae patricios, perioecos, servos distinguendos videri. Quod cum tituli nihil praebeant, Demonactis Mantineensis qui Cyrenensium rempublicam Batto claudo rege correxit, instituta vocentur auxilio, quod ei Theraeorum rempublicam ob oculos esse versatam haud absimile vero videatur. Is enim Cyrenenses in III tribus (φυλάς, μοίρας) locorum ratione habita distribuit ita, ut primam Theraeorum et accolarum qui περίοικοι vocantur, alteram deinde epoecorum

[80]) Quod Pegius tradidit de Caribus, quasi Thucydide auctore primi Theram coluissent plane fundamento caret historico. Thucydides enim (I. c. 4), quamvis a Caribus Sporadas cultas referat, de Thera non dixit; neque verisimile illic unquam habitasse, cum Phoenices exortam ipsam, velut Rhodii Hieram, statim occupasse videantur. Theram vero et Anapham et Pholegandrum foedere coniunctas esse iudicarim, ita ut civitates singulae de suis rebus ipsae (cf. Inscript.) deliberarent, de communibus concilium convocatum decerneret (vide p. 75).

Peloponnesiorum et Cretensium, tertiam omnium qui insulas incolebant, esse iuberet. Itaque sic constituerim Theraeorum tribus, ut una Theraeos et perioecos, altera Peloponnesios et Cretenses (vide p. 36. 38. 41) epoecos, tertia Pholegandrios et Anaphaeos, quorum insulam Aegidae a Membliaridis receperant, continuisse videatur. — Qualem patricii plebesque inter se condicionem sint consecuti, vix constat. Nescio an eadem quae in Elide atque Thessalia fuit. Ibidem enim magistratus (*οἱ πολιτευόμενοι*) et multitudo[81]) in agris versans (*οἱ ἐπὶ τῆς χώρας καλοικοῦντες*, Polyb. IV, 37, 6) opponi sibi solebant (Curt. Pelop. II, 97. not. 20), ita ut patricii rem publicam gererent, foedera facerent, sacerdotia obtinerent, otio dediti praedia sua (exemplum fundi n. 2448) in villis versantes administrarent. Quae quidem gentes patriciae in Thera sodalicia cognatorum contrahere solebant, ut impensis quibusdam collocatis sacra mortuis tanquam heroibus dei cultu addito instituerent. Cuius rei testimonia testamentum Epictetae (2448. II) et Argeae[82]) (L. Ross. I. I. Gr. II. p. 91. n. 198; Rangabé 764) habemus.

Quibus inferiis cognatorum sodalicium (*κοινὸν ἀνδρεῖον συγγενῶν*, semel *ὁ ἀνδρεῖος τῶν συγγενῶν* 2448; *κοινὸν* — — Rang. 764, 1) praefuit quasi senatus quidam, et magistratus quibus opus erat, creabat cum gentilium contione vel consilio (*σύλλογος* 2448), artyterem, epissophos (Rangabé 764, 12 *ἐπισ[σόφος]*, Dio et Meleippus; 2448 unus epissophus), ab actis (2448). In suffragiis dandis quo

---

[81]) Huc quidem referam illud quod dubium mihi videbatur, „*ὅσοι χώραν κατέχουσιν.*" Hecatam enim Phosphorum (§. 10) cuius statuam Artemidorus civitati Theraeorum (»der regierenden Gemeinde«) dedicat, ab agrestium hominum multitudine coli solere significari videatur.

[82]) Mutilatum.

plerique iverant, ea pars superior discessit[83]). Si quis rogarat, ut sodalicium dirimeretur aut sacrificia testamento sodaliciove instituta desinerent, si mores antiqui violabantur, is sodalicio exclusus CCCCC drachmas persolvere debebat. Magistratuum artyter (*ἀρτυτήρ*) quasi quaesturam sodalicii cognatorum administravit. Quidquid enim debebatur sodalicio et mandabat epissophus, a debitoribus exegit, et epimeniis (§. 10) quidquid legibus erat constitutum argenti et syllogeuticum (*συλλογευτικόν*) et pecuniam sacrificialem et siquid sodalicii decreto tradebatur, id redditum consumpsit et sacra distribuit iis qui aderant. Quodsi quidquid scriptum testamento erat, neque reddidit, neque tradidit sodalicio reliquum pecuniarum (*τὰ περισσὰ χρήματα*), aes alienum duplex sodalicio cognatorum debebat; quo non soluto debitor sodalicii ab epissopho inscriptus collegio excludebatur[84]).

Epissophus (*ἐπίσσοφος*) legem a sodalicio latam statuae basi subscripsit, quotannis contionem die altero anni cogebat, tum quod ad gentiles pertinebat et quod testamentum et sodalicii lex constituerat, ut sodales sequerentur, diligenter curabat, epimenios et artyterem, ut quisque maior natu erat, ita praeferens (*ἀνὰ πρεσβυτᾶτα*) in tabula, et epissophum et mensarios (*ἐγδανειστάς*, Rangabé 764, 11 *τὸ ἀργύριον ἐγδανεῖσαι*), quorum erat facere negotia, et siquis, quia munera menstrua non explerat tum sacra non faciundo tum argentum suum non persolvens velut multam sodalicio, et quicunque se obligarat, eos

---

83) *Ὑπὲρ διαλύσεως:* »ne iterum de eadem re iudicaretur.«

84) Argis artynae (*οἱ ἀρτῦναι*) cum senatu rempublicam administrabant (Thucyd. V, 47); contra Epidauri senatus ipse *οἱ ἄρτυνοι* adpellabantur (Plut. Q. Gr. I, 1).

secundum testamentum et legem et sodalicii decreta inscripsit. Denique pecunias et aes alienum in codicem accepti et expensi rettulit. Quodsi iussa non explesset, sodalicio drachmas CCC debebat, debitor sodalicii inscriptus, ideoque collegio exclusus donec persolvisset. Quam epissophi multam viri a sodalicio delegati lege exigebant, ita ut pignus a debitore caperent (*κατ' ἐνεχυρασίαν*). Praeterea quidam ab actis (*ἀνὴρ γραμματοφύλαξ*) delegebatur, qui sodalicii tabulario praeesset. Is enim ab epissopho qui curabat, ut leges tabulis ligneis inciderentur (*ἐς δέλτον ξυλογραφηθῆναι*), et custodiam librarii sive scrinii [85]) (*γλωσσόκομον*) tenebat, tabellam (*δέλτον*) cui inscribebatur lex, et testamentum ligno incisum et scrinium et quae inerant documenta (*βιβλία*) conservabat, tum quod placebat sodalicio tum quod sodalicium ad contionem (*σύλλογον*) ferre solebat. Quodsi sodalicium tabulario alium praefecit, apud concilium creato qui succedebat, haec omnia (*δι' ἀπολόγου*) tradidit, posteaquam officium bene aut male administratum eius oratio aut, id quod minus veri simile videatur, apologista (cf. tit. Thasius in C. I. Gr. I, 2161) confirmavit. Vides igitur totam rempublicam Theraeorum veluti Laconicam studio ordinis et gravitate (Thucyd. I, 84, 3 *τὸ εὔκοσμον καὶ σωφροσύνη*) et institutorum constantia contineri [86]).

Patriciis ius cudendi nummos erat libera republica, cum sub Romanis nummi Imperatoris imaginem ostendant. *ΘΗΡΑΙΩΝ* (Mionnet. 331—337, 163, 165—166)

---

[85]) *γλωσσόκομον ἐς ὃ ἐμβαλοῦμες τὰ τοῦ κοινοῦ γράμματα.* Quam vocis formam (altera est *γλωσσοκομεῖον*) Phrynichus grammaticus immerito reiecit (Bekkeri p. 32).

[86]) Honores decreti *εὐταξίας ἕνεκα, ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ σωφροσύνας.*

alii *ΘΗΡΕΩΝ,* n. 160 *ΘΗ.* (Rasche lex. numm. T. V. P. I. p. 1019; Eckhel. doctr. numm. ult. P. I. vol. II. p. 338); diota denique (M. n. 162), cui circumscriptum est *ΘΗΡΑ,* laudatur: tituli praecipue drachmarum mentionem faciunt. De nummis nihil memorabile traditur neque de modiis (titul. *χοῖνιξ* et *μέδιμνος*); mensurarum autem *βροχίδες* (C. I. Gr. II. Add. 2439. c. 10 *βροχίδων τριῶν διπλῶν*) Meliae schoeno comparato notentur.

Haec hactenus de rei publica forma; ad *historiam* igitur *gentium* transeamus. Therae enim et Anaphae (L. Ross. it. I. I, 79 c. not., 147) et Pholegandri (I, 145; A. Boeckh. ad. C. I. Gr. II, 2443 b) *Aegidae* et *Euphamidae* et *Telesicratidae,* Agrigenti Aegidarum stirps *Emmenidae* floruerunt.

a) ***De Aegidis et Telesicratidis*** (Hdt. IV, 149; schol. Pind. P. V, 10; I. VII, 18; Schol. Ap. Rh. IV, 1763).

Est enim Ephorus (fr. 11. 13. Muell.) auctor (ap. schol. Pind.) Hyllum[87]) consuluisse oraculum, quem sibi socium Graecorum eligeret. Quod cum respondisset esse eos qui ab Hercule beneficia accepissent et Aegidas vocari, Theseum Aegei filium adisse̅ neque res male cessisse. Sed paullo post in Boeotia sacra facientes ad viam Thebanos ab Eurysthenis et Proclis patre repertos, cum Aegidas[88])

---

87) Hyllus, Herculis et Deianirae filius (Soph. Fr. 56; Apollod. II, 8, 1; Hdt. VIII, 131) et Aegimius (Pind. P. I, 64; V, 72) Dorienses in Peloponnesum deduxerunt.

88) Schol.: »*Αἰγεὺς Σπαρτὸς τῶν ἀπὸ Κάδμου.*« O. Mueller Orch. p. 327 sq. A. Boeckh. expl. ad Pind. P. V, vol. II, p. 289; T. Mommsen Pindar. c. II. Schol. Pind. Ol. II, 82. cf. D. Per. 213 Eustath.: Cyrene *ἀποικία νησιωτῶν Θηβαίων τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἀνέκαθεν* (Thrig. p. 32). *Θηραίων* vera lectio videtur.

esse audisset Aristodemus, hos demum revera socios fore ratum cum Thebanis societatem inisse, ita ut Atheniensium amicitias relinqueret (Paus. VII, 2, 2 *Θήρας* — *Θηβαῖος* cf. Schol. Pind. P. V, 116). Ita haec gens Thebana ac phratria (schol. Pind.) in obas Spartiatarum transiit (Hdt. falso *φυλὴ μεγάλη ἐν Σπάρτῃ*). Amyclis habitasse Pindarus est auctor (Isthm. VI, 3. 12 sq.):

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα
καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν εὔφρανας; — —
ἢ Δωρίδ᾽ ἀποικίαν ἁνίκ᾽ ἄρ᾽ ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων, ἕλον δ᾽ Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι, μαντεύμασι Πυθίοις.

(cf. Aristot. in schol. ibid.)

Aegidas originem ad Cadmum Phoenicem deduxisse supra iam diximus. Spartana gens ab Aegeo Oïolyci Lacedaemone (Hdt.) relicto filio nomen traxisse fertur. Sed Aegidas etiam in Thera fuisse Therae Aegidae conditoris nomen iam demonstrat (C. I. Gr. II. p. 1087. v. 1 cf.); inde cum Batto Euphamida Cyrenas pervenisse verisimillimum, cum ibidem etiam Carnea (§. 10) inveniantur. Quod quidem ante dicendum erat, quam Pind. Pyth. V, 68 sq. exponeremus:

Τὸ δ᾽ ἐμὸν γαρύοντ᾽ ἀπὸ Σπάρτας ἐπήρατον κλέος.
Οθεν γεγενναμένοι
ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεΐδαι,
ἐμοὶ πατέρες, οὐ θεῶν ἄτερ· ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
πολύθυτον ἔρανον·
ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεᾷ
Καρνήϊ᾽, ἐν δαιτὶ σεβίζομεν
Κυράνας ἀγακτιμέναν πόλιν.

A. Boeckh. nott. critt. in P. V, 74—81 (I. p. 477 sq.):

»Poeta vult, ut intelligatur, sibi suisque Cyrenas cordi esse ob quandam cognationem. Qua tamen ratione hoc effecerit, eo constat minus, quo fama de ortu Aegidarum erat inconstantior. Scholia triplicem proferunt sententiam: primum Sparta Theram venisse Aegidas, Thebis oriundos, Thera Thebas translata esse Carneorum sacra (*ὅθεν τὰ πάτρια ἔθη τῆς πανηγύρεως*); alteram hinc (*ὅθεν* nescio Thera an ab Aegidis Spartanis) originem duxisse Thebanos, ideoque ab his Cyrenas celebratas esse (*ὅθεν τὸ γένος κατάγοντες ἡμεῖς οἱ Θηβαῖοι ἐπαινοῦμεν*); tertiam Aegidas Thebanos a Carno [89]) deductos cum Heraclidis abisse, adeo ut Carnea Thebis Spartam translata videantur.« Heynius ex Thebana phratria (schol.) nonnullos Aegidarum Heraclidis adiunctos Carnea Lacedaemonem attulisse coniecit. O. Muellerus Orch. p. 324 sq. in Amyclaeorum finibus Aegidas quos alii Aegeo Gigante oriundos Phlegyas adpellabant (Orch. p. 316 sq.; Praxillae fr. 7 Bergk. etc. schol. Pind. 7, 7, 18), Cadmeos Thebanos habitasse, inde cum Lemniis (p. 327 sq.) saeculo ante Doriensium expugnationem Peloponnesi (*μιᾷ γενεᾷ πρότερον* etc. Hdt.) Theram condidisse censet. Heimsoethio (Addend. et corrigend. p. 35 sq.) Cyrenis Thebas Carnea translata videntur. G. Hermannus (opusc. VII, 251) autem iure praepositionem quae est *ἐς*, post *πολύθυτον* eiecit; ve-

---

89) Carno vate interfecto Thebano Aletae Heraclidae manu iratus Apollo pestilentiam demisit. Quem ut placarent, Dorienses Carneorum sollemnia instituebant. (O. Mueller Orch. p. 327; A. Boeckh. not. crit. ad Pind. Pyth. V, 474; explic. 289. De Ther. inscr. 44). Idem a scriptoribus Carneus adpellatur. Nonnulli huius vatis nomen a verbo *κρανεία*, quae est arbor quaedam, solebant derivare (cf. Lobeck. pathol. p. I, p. 497; Siebelis. ad Paus. III, 13, 3).

risimile enim non esse a Theraeis Carnea Thebas pervenisse (Tycho Mommsen[90]) p. 11 sq.). Sed quod interpretes Graeci dixerunt ad hunc locum, eo nimis confidendum negarim; grammatice enim potius fabularum complexus ratione non habita quam historice explicuerunt; consequitur igitur nihil aliud quam Graecos grammaticos, sive sunt antiquae sive recentioris aetatis, in difficultate solvenda inter se discrepuisse; complexum enim rerum eum fuisse quem supra diximus, historicorum testimoniis et cultu Carnei Apollinis collato constat. Explicatio igitur eam viam inibit, ut carmini non interponat quod a rebus historicis discedat.

„*Τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος*“ et *ἐμοὶ πατέρες* ad Pindari originem in Aegidas deductam pertinere C. I. Gr. 2480 comparata interpretes recte coniecerunt. Ac varietas quidem lectionem adducit, ut *γαρύοντ᾽* (i. e. *γαρύουσι*), non *τὸ δ᾽ ἐμὸν γαρύεν τ᾽* scribatur; Aegidas[91]) autem (scil. The-

[90]) Theod. Bergk.: »*σ᾽ Ἄπολλον τεᾷ Καρνεῖε ἐν δαιτὶ σεβίζομεν Κυράνας τ᾽ ἀγακτιμέναν πόλιν*«, ut poeta qui tunc interfuit Cyrenaeorum solemnitati consanguinitatis quodam vinculo cum iis fuerit coniunctus, se quoque in horum numerum referens dicat: »inde (ex Thera) translatis his sacris te, Apollo Carnee et ipsam Cyrenaeorum urbem sancte colimus«; sed emendatio metro repugnat. G. Hermannus novat: *τὸ δ᾽ ἐμὸν* (ita etiam Bergkius scribit) *γαρύεν — κλέος· ὅθεν κεκοιναμένοι — ἔρανον· ἔνθεν ἀναδεξαμέναν τεᾷ Κάρνειε σεβιζέμεν — πόλιν.* Quarum emendationum, si locus, qualis hodie legitur, aliter exponi nequit, *ἀναδεξαμέναν* maxime probaremus.

[91]) Mommsen: »Pindars Ahnen« oder »Ahnen der Thebaner«. Dies stände alsdann mit J. VI, 12 sq. im Widerspruch. »Man wird also geneigt, eine doppelte Richtung von Sparta nach Theben, und nach S. um Thera zu colonisiren, anzunehmen haben« (p. 13). Neque vero ita verba premi debent. Pindarus enim nihil aliud vo-

raeos et Cyrenenses) Sparta oriundos fuisse (*ὅθεν* etc. scil. „*ἀπὸ Σπάρτας*“), id cum fabulari historia qualis traditur ab ipso Pindaro, plane consentit. Quod siquis *τὸ δ' ἐμόν* ad Cyrenenses referret, falsus esset; Battiadae reges enim Euphemidae (Hdt, IV, 150), non Aegidae (*ἐμοὶ πατέρες*) fuerunt, quamvis Carnea Cyrenas secum attulisse (§. 10) dicantur (A. Boeckh. p. 289: »et nota poëtam more suo omnia ex sua persona dixisse;« cuius rei exempla collegit T. Mommsenius; Rauchenstein. v. 68 *τὸ δ' ἐμοὶ γαρύοντ'*). Heckerus „*ἀπὸ Σπαρτῶν*“ coll. Isthm. VI, 12 sq. emendavit; sed Aegidae priusquam Theram (v. 70 *Θήρανδε*) pervenirent, Lacedaemonem coluerunt.

Sed quo „*ἔνθεν ἀναδεξάμενοι Ἄπολλον, τεᾷ, Καρνήϊ', ἐν δαιτὶ σεβίζομεν Κυράνας πόλιν*“ spectat, et qua ratione interpretamur, ita ut ab historia non dissentiat? Quod quidem O. Muellerus Orch. p. 330 statuit coniectans, sollemnia in quibus carmen hoc cantatum est, esse Carnea (v. 77 *Ἄπολλον Καρνήϊε*), neque necessario statuendum et nimis incertum esse A. Boeckhius (expll. ad Pind. P. V. p. 289) intellexit. G. Hermannus opusc. VII. p. 151: »Apollo auctor fuit coloniae deducendae. Is igitur Heraclidas in Peloponnesum reduxit, nominatimque Sparta Aegidae Theram venerunt, non sine dis, sed in fatis erat, — quidnam? ut venirent Theram? Sane quidem; at non de Thera sed de Cyrenis agitur. Itaque dicendum erat: »sed in fatis erat, ut Cyrenas deferrentur Carnea: propterea enim Aegidas Theram

---

luit dicere quam *Aegidarum Thebanorum* laudem a *Sparta* profectam esse: hunc enim sensum verbis »*ἐμὸν ἀπὸ Σπάρτας ἐπήρατον κλέος*« inesse putarim. G. Hermannus eos intelligi duxit (p. 150) Aegidas qui Therae fuerunt; sed Pindarus de his in universum egit, neque versus ille ad certam aliquam urbem referendus est.

tenere voluit Apollo, ut ab Thera profecti coloni sacra sua Carnea Cyrenas afferrent, quo omne eius oraculum a principio tetendisse significat Pindarus [92]).« Itaque A. Boeckhium sequentes vertimus locum ita: »Gloriam meam Sparta claram praedicant. Unde exorti Theram venerunt Aegidae, patres mei, non sine deorum numine: sed fatum quoddam duxit sollemnia; unde (scil. »Thera«) adepti [93]), (scil. »Cyrenarum originem«) Apollo, in cena tua, Carnee, Cyrenae urbem consecramus,« ita ut (vide expll. Pind. II. p. 289 sq.) accusativus et a participio et a verbo finito pendeat.

Aegidas et stirpem eorum Telesicratidas Anaphae et Pholegandri fuisse titulis comparatis propria disputatione docuit L. Ross. (cf. T. Mommsen. p. 19; Boeckh. ad C. I. Gr. II, 2443; d. Ther. I. c. 3. p. 11; c. 11. p. 59; L. Ross. It. I. I. p. 73; d. Anaph. I. c. VI. p. 429). Anaphae enim Aegidas imperasse incolae Apollinis Carnei cultores et nomen Carneophontis (*Καρνεοφῶν* C. I. Gr. II, 2482. h. k.) docent (§. 10). Praeterea Pholegandrius Aglophanes (*Ἀγλωφάνης* C. I. Gr. II, 2443. A. E. 44) titulo laudatur, quem eiusdem nominis Theraeo (C. I. Gr. 2460) comparato (cf. *Ἀγλώμαχος* Cyren. Hdt. IV, 164 *Ἀγλ. πύργος*) Aegidam esse recte A. Boeckhius et L. Rossius coniecerunt. Telesicrates (*Τελεσικράτης* cf. Pind. Ol. IX; n. 2463. b. 2481) Aegida ac Telesis Aglophanis filia (L. Ross. II. n. 215) Telesicratidas cum Aegidis co-

92) A. Boeckh. expll. l. l.: »Scio etiam ita iungi posse: *ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν πολύθυτον ἔρανον· ἔνθεν ἀναδεξάμενοι* atque sic quidem, ut *ἔνθεν* non ad Theram, sed ad Aegidas referatur; sed si ab Aegidis suscepta Carneorum sacra dicentur, non video cur ab illis ea Thebani susceperint, qui ea iam habere debebant, si Aegidarum sacra erant Carnea Aegidaeque Thebani.«

93) Personae enim non variant, sed Pindarus his versibus de se ac Thebanis loquitur.

haerere confirmant. C. I. Gr. 2480 f. Anaph.: *ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος ὁ Ἀναφαίνων ἐτείμασε Τελέσωνα Φερεκράτου τὸν φιλόπατριν καὶ εὐεργέταν καὶ κτίσταν τᾶς πατρίδος*[94]). Eundem n. 2480 g. *κτίστην ἀπὸ προγόνων* (cf. d.) adpellant et *πόλεως υἱόν*. Num vero Anaphae et Pholegandri rex Theraeorum imperium quondam tenuerit, id haud constat; tituli quidem adsentiri non videntur; senatum enim ac populum Anaphaeorum et Pholegandriorum quasi sui iuris essent, honores decernunt (n. 2480 d. *τὰ γενόμενα ψηφίσματα*). Nescio an Therades et Anapha et Pholegandrus ab eiusdem gentis populis culta societatem et amicitiam inter se conciliarint, velut Chalciatae et Casii et Carpathii, quamvis decreta suo iure decernant (Inscr.), inter Rhodios numerantur (Aristid. T. II. p. 354).

b) *De Emmenidis*. Theronem Agrigentinorum tyrannum Aenesidami filium, Thrasydaei patrem, gentem ad Cadmum deduxisse Menecles et Hippostratus (ap. Schol. Pind. Ol. II) tradiderunt. Ac revera titulis n. 54. 67. 71. 74 (Boeckh. d. Ther. I.) *Θήρων ὁ Φιλοκράτους* Aegida Theraeus commemoratur. Itaque non sine causa Pindarus Theronem Ol. II, 23, cuius dolorem a propinquis offensi consoletur, Cadmi filiarum fortunas recordatur (Boeckh. expl. Pind. p. 116; O. Mueller. Orch. I. p. 338; Dor. II. p. 508; Goeller. de situ Syracus. p. 22 sq. ap. C. F. Hermann Ant. civ. §. 88, 12). Autesionis enim qui oraculo monitus ad Dorienses transfugit, filium Theram Samus comitatus, Telemachum et Clytium filios reliquit. Quorum ille (schol. Pind. Ol. II, 82) Thera Rhodum de-

94) Archonidae quoque gens Anaphaea n. 2480 b. 2482 b. laudatur.

migrasse fertur (schol. „κατῴκει ἐν χώρᾳ“), inde ad Siciliam profectus cum Antiphemo duce Rhodio et Entimo Cretensi (Boeckh. ad C. I. 2524) Gelam urbem condidisse (circa Ol. 22, 3. Thucyd. VI, 4, 3; Angel. Mai. ad Diod. exc. Vat. lib. VII sq. c. 13); hic Therae remansisse. Unde Agrigentum, quae est colonia Geloorum (Ol. 49, 3; Thuc. VI, 4), plerique dicunt gentem pervenisse, ex Emmenida sive Emmene Telemachi altero filio Emmenidas (*Ἐμμενίδαι* Pind. P. VI, 5. Ol. III, 40 schol.) adpellatam, Timaeo historico a Rhodo Agrigentum profectos enarrante. Schol. Pind. Ol. II, 16: *„ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι οἱ τοῦ Θήρωνος πρόγονοι οὐδ᾽ ὅλως εἰς τὴν Γέλαν κατῆραν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀκράγαντα.“* Quod demonstrare studuerunt frg. encomii Pindarici 84 (96):

Ἐν δὲ Ῥόδον . κατῴκισθεν ......
ἐνθένδ᾽ ἀφορμαθέντες ὑψηλὰν πόλιν ἀμφινέμονται,
πλεῖστα μὲν δῶρ᾽ ἀθανάτοις ἀνέχοντες,
ἕσπετο δ᾽ ἀενάου πλούτου νέφος.

Quibus versibus non significari quod volunt A. Boeckhius in explicationibus Pindaricis demonstravit. Illo igitur Emmene natus Aenesidamus Theronis pater Agrigentum incoluit[95]).

c) *De Euphemidis* (O. Mueller Orch. 315, 459. A. Boeckh. d. Ther. I.; expll. Pind. 265; Curt. Pelop. II,

---

[95]) Schol. Pind. Ol. II, 82 hoc stemma tradit: Laios, Oedipus, Eteocles et Polynices, Thersander, Tisamenus, Autesio, Theras, Samus, Telemachus et Clytius, Chalciopeus, Telemachi filius, Emmenides. Damonassa, Thersandri uxor, Amphiarai filia erat (schol. II, 65) cf. *Δαμώνασσα*, C. I. Gr. II, 2476. — Sigla *αι* gentem Aegidarum Heracleoticam denotari coniecit Franzius C. I. Gr. III. p. 710 (Inscr. Magn. Graec.).

279). Aristoteles sive Battus gentem suam ad Euphemum Taenarium (Pind. P. IV, 309; schol. ad v. 61. Val. Fl. I, 363 sq.) Neptuni et Mecionicae[96]) Eurota natae filium Panopeo oriundum Phocidis (Ap. Rhod. I, 179; Paus. V, 17, 9; Pind. P. IV. Stesichor. ap. schol. Pind. P. IV, 35) deducebat. Quem alii Europae Tityo natae filium habebant. Euphemum Argonautarum expeditionibus interfuisse poetae tradunt. Ora Laconica relicta (schol. Ap. Rh. II, 535; IV, 1562. 1773. 1750. 1764.) ex Malicha seu Lamacha (Tzetz. Lyc. 886; Chil. II, 43) Leucophanem Lemni genuit; cuius posterus erat Samus (schol. Ap. Rh. IV, 1750 Rhod. Lemniac. p. 21 sq.), quem comitem Therae fuisse supra commemoravimus; Polymnastus autem Batti pater a Sesami filio originem habuit (O. Mueller. Orch. c. XIV. XVI).

§. 10.

A. De deorum cultu.

In Theraeorum insulis de sacerdotiis eadem quae antiquitus tota Graecia lex vigebat, a schol. Aesch. Timarch. p. 47, 2 tradita „*οὐ παντὶ βουλομένῳ ἐξῆν ἱερᾶσθαι, ἀλλὰ τῷ ἐκ γένους καταγομένῳ ἱερατικοῦ.*“ Itaque Carnei Apollinis sollemnia (§. 9), Liberi, Dianae, Aesculapii, Neptuni, eorumque sacerdotia per successionem a gentilibus tradebantur. Cyrenis quoad potestas regia valeret, ante Demonactem Mantineensem (Hdt. IV, 161) rex velut dynastae antiquissimi temporis (Arist. pol. 3, 14; Thucyd.

---

96) Lobeck. Patholog. I. p. 465 *Μητιονίκην* veram fuisse coniecit adpellationem. — Astydromia Cyrenis ad urbis conditae memoriam celebrabantur (Suid. I. p. 361 „*τῆς πόλεως γενέθλια*“).

I, 13, 1), praeter agros (*τεμένη*) etiam sacerdotia (*ἱρωσύνας*) tenebat, quibus ad populum delatis bellum grave movebatur (cf. Pind. P. IV, 4 sq. Hdt. l. l.).

1. *De Apolline*. (O. Mueller. Orch. p. 320; A. Boeckh. d. Ther. I. p. 42; Meurs. Gr. fer. IV p. 178; Rud. Rauchenstein.: Einl. in Pind. Siegeslieder p. 54 sq.; Manso. Sparta I, 2, p. 214; du Theil. Mém. d. l'Ac. d. I. XXXIX p. 185. C. Fr. Hermann Antiq. sac. Gr. §. 53, 29; Monatskunde p. 53; C. Mueller. fragm. Gr. hist. vol. II p. 625 ad fragm. Sosibii Lacon. ap. Athen. XIV p. 635; Corsinii fast. Hell. II p. 452; III p. 41; Ideler: Handb. d. math. u. techn. Chronolog. vol. I, p. 363; Corsinii diss. XIV, 27; Interpretes ad Euripidis Alcest. 449 s. 460).

Carnei Apollinis sollemnia cunctis Doriensium populis communia fuisse Pausanias (III, 13, 3. cf. III, 26, 5) tradit. Quorum originem esse Thebanam Aegidarum fortunis celebrem supra docuimus (§. 9). Neque vero in titulis Boeotiis Carneus mensis vel Carnea occurrunt. Careum enim mensem (*Κάρειος* C. I. Gr. I, n. 1607) ad Chalium Locrorum esse referendum constat (Th. Bergk. Beitr. z. Monatsk. p. 56). Thebis vero Carnea tribus viis ad ceteras Doriensium civitates pervenerunt. Primum enim ab Aegidis Thebanorum phratria Lacedaemonii, ab his Theraei et Anaphaei et Pholegandrii (§. 9) et Cyrenenses haec sollemnia receperunt. Deinde ad Argolidem Thebis Carnea translata. Ibidem enim tum Argis (schol. Theocr. V, 83) et in coloniis, Rhodo (C. I. Gr. v. III, praef. Franzii; ibid. nomina *Καρνεάδας* n. 199 et *Καρνεάς*) et apud Nisyrios (*Καρνεῖος μὴν* L. Ross. I. I. Gr. II, 166) et Sybari (O. Mueller. Orchom.) et Agrigenti (*ἕκτα δίμηνος Καρνείου* i. e. sextum bimestre Carnei, conf. C. Fr. Hermann. Monatsk. p. 75 not.)

usu venerunt; tum Corintho Syracusas, et in ceteras Siciliae urbes (C. Fr. Hermann ant. sacr. §. 68, 30) pervenerunt; tum Sicyone denique et vetere et nova Carneorum dies festos reperies; illic enim Carnei Apollinis sacerdos eponymus esse solebat (Syncell. p. 78 a.). Tertio itinere Carnea ad Megarenses transmigrasse videntur (cf. *Καρνεῖος* ap. Athen. IV, p. 1650 Cynicus Megarensis). Corinthi celebrata esse haec sollemnia scriptores diserte quidem non tradunt; sed Apollinis Carnei cultum ibidem percrebuisse veri simile videtur esse, cum Apollo imperasse dicatur Aletae Corinthiorum regi, ut Carno seu Carneo vati interfecto (§. 9) piacula institueret. Originem vero Thebanam memoria excidisse posteris versus demonstrant Callimachei, quos adscribimus:

„*Ὦ πολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,*
Πολλοὶ δὲ Κλάριον, πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ,
Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω
Σπάρτη τοι Καρνεῖον τόδε πρώτιστον[97]) *ἔδεθλον*
Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατον δέ γε ἄστυ Κυρήνης.
Ἐκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο
Ἤγαγε Θηραίων ἐς ἀπόκτισιν· ἐκ δέ σε Θήρης
Οὖλος Ἀριστοτέλης" — — —

(Hymn. ad Apoll. 69 sq. I. p. 553 Spanheim).

Carneus mensis (Ideler; C. F. Hermann: A. s. Gr. §. 53 not. 30. Monatsk. S. 65; A. Boeckh: Lect. aestiv. Un. Berol. 1816.), quo diebus IX agi sollemnia solebant, Metagitnioni mensi Attico (Plut. Nic. 28) respondens in Olympiadem (Hdt. VII, 206) in aestatem praecipitem incidit. Veluti Argivis „*τοῦ πρὸ τοῦ Καρνείου μηνὸς τετράδι φθίνοντος*" (Thuc.

---

[97]) Itaque Pindarus (Pyth. V, 68 sq.) laudem Aegidarum quodam iure »*ἀπὸ Σπάρτας ἐπήρατον*« adpellare potuit.

V, 54, 3) Epidaurum adortis Lacedaemonii („τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος“ V, 56, 1), postquam aestas eiusdem anni abiit (55, 3), clam praesidia eodem miserunt. Euripid. Alcest. 445 (ed. Nauck.):

„πολλά σε (ὦ Ἄλκηστι) μουσοπόλοι
μέλψουσι καθ᾽ ἑπτάτονόν τ᾽ ὀρείαν
χέλυν ἔν τ᾽ ἀλύροις κλέοντες ὕμνοις,
Σπάρτᾳ κυκλὰς ἁνίκα Καρνείου περινίσσεται ὥρα
μηνὸς ἀειρομένας
παννύχου σελάνας,
λιπαραῖσί τ᾽ ἐν ὀλβίαις Ἀθάναις.“

Carnea igitur ludi erant quinquennales (πενταετηρίς), velut Olympia, plenilunio mensis Carnei lustrationem conficiente a septimo die celebrati, quo Athenienses Metagitnia agebant et Syracusani (Plut. Nic. l. l.) Dorienses mensem Carneum numerabant. Spartae autem ita sollemnia instituebantur, ut XXVII Spartiatae e tribubus antiquis electi noveni (Demetrius Sceps. ap. Ath. IV, 147) in novem tabernaculis VII vel IX per dies versarentur (cf. Plut. Symp. 8, 1), et sacerdote duce cui nomen erat Agetes (Ἁγητὴς), sodalibus XV quorum quini e tribubus III delegebantur adiuvantibus, simulacrum quasi quoddam vitae bellicae repraesentarent. Diebus illis novem Carneatae de innuptis Lacedaemoniorum ad Carneorum liturgiam in quadriennium sortito delegati ordinem ludorum conservabant ac de certantibus[98]) iudicia ferebant. Qui superiores dis-

[98]) Σταφυλοδρόμοι quos vocabant (vid. Boeckh. ad C. J. Gr. I, 138; C. Fr. Hermann l. l. not. 30) his diebus mimorum partes agebant. His enim diebus bellum a Doriensibus non esse gestum schol. Thucyd. V, 54, 2 tradit. — Γυμνοπαιδεία ad Apollinem Carneum ac pugnae Thyreatidis memoriam relata B. A. 234. (Ruhnken. lex. Timae. Plat. p. 54).

cesserant, a Spartanis adpellabantur Carneonicae, de quibus Hellanicus historiarum scriptor Lesbius proprio libello scripsit (C. Fr. Hermann l. l. not. 29).

Circa Ol. 26, aut quod veri similius videatur iam ante Ol. 20 (C. Fr. Hermann l. l. contra Sosibium et Eusebii Chron. Arm. p. 135), Lacedaemonii veteres certamina musica addiderunt, quibus praecipue Lesbii praemia affectasse videntur, Terpander (Hellanici fragm. 122. 123. Muell.) et eius discipulus Cepio qui princeps cithara Asiade utebatur; ultimum vero eorum Carneis vicisse Pericletum (Plut. d. mus. c. VI) tradunt. Quem Plutarchus de huius citharoedi aetate iudicans ante ipsum Hipponactem Colophonium posuit. Similia sollemnia prope Tyndarei monumentum Lacedaemonii reditus Heraclidarum ac Doriensium excensionis haud immemores in regione Carnei Stemmatiae (Curt. Pelop. II, 254, *Καρνέου τέμενος Στεμματίου* Paus. III, 20, 9) agebant.

In Heleatarum oppido Carneus Oecetas (*Καρνεῖος Οἰκέτας*, i. e. *οἰκιστής*, conditor) ac Dromaeeus (*Δρομαιεὺς* C. I. Gr. n. 2146; C. Fr. Hermann: Ant. sacr. §. 53, 14) et ille quidem iam ante Heraclidarum expeditiones (Pausanias III, 13, 2) colebatur. Itaque Carolo Frid. Hermanno utrumque sollemne illud Apollini celebratum, Hyacinthia et Carnea, ad vetera quaedam naturae symbola a Doriensibus ad Carneum suum relata spectare videntur. In Oechaliae Messeniorum oppidi Carnasio (Paus. VIII, 35, 1) Pausanias (IV, 33, 5; Curt. Pelop. II, 134) et Apollinem Carneum et Mercurium et Liberam invenit atque haud procul a Pharis (IV, 31, 1) Apollinis[99]) lucum Carnium, fonte irriguum. Curtius (Pelop.

[99]) Apollinis Carnei statuae apud Gytheum, Lan, Leuctra, Cardamylam exstabant (Paus. 3, 21, 7; 24, 5; 26, 3. ed. Lips. Weigel. 1819); Vitulae (Curt. Pelop. II, 283); Carnium in Cnacadione ex-

II, 270) de Gythei foro haec: »Am östlichen Fuſse (der Burghöhe) breitete sich auf niedrigen Terrassen die Stadt mit ihrem Markte aus, welchen unter dem Namen der Stadtgründer die Standbilder des Heracles und Apollon schmückten, die nach Ausgleichung des Dreifuſsstreites (Cic. N. D. III, 16) sich hier friedlich verbunden haben sollen. Wahrscheinlich liegt dieser Sage die geschichtliche Thatsache zu Grunde, daſs Minysche Geschlechter, die den Apollo Karneios verehrten, und Heracliden sich einst zur Gründung eines gemeinsamen Stadtheerdes und einer Bürgergemeinde vereinigt haben.« Paus. II, 11, 2 de Sicyone: „*ὀλίγον ἀπωτέρω* (*τοῦ Ἡραίου*) *Καρνείου ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος* (Curt. II, 494)· *κίονες δὲ ἑστήκασιν ἐν αὐτῷ μόνοι, τοίχους δὲ οὐκέτι οὐδὲ ὄροφον οὔτε ἐνταῦθα εὑρήσεις οὔτε ἐν τῷ τῆς Προδρομίας Ἥρας.*“ Item Nova Sicyone regio Aesculapii et Veneris templorum (Curt. l. l. Paus. II, 10, 2) inter alia delubra, quod nemo nisi sacerdotes ipsi adibant Apollinis cubiculum Carnei tenuit. Apud Theraeos Aegidae cultum Apollinis Carnei administrabant (§. 9). A. Boeckh. d. Ther. Inscr. n. 107:

a) „*ὁ δᾶμος ὁ Θηραίων ἀφηρ[ώ]ϊξε καὶ ἐτείμασεν Ἄδμητον τὸν ἱερέα Ἀπόλλ[ω]νος Καρνηΐου διὰ γένους πάσας ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ σωφροσύνας.*“

b) C. I. 2467: „*Θευκλείδας Ἀδμήτου καὶ Νικόλα Κρισάμιος τὸν ἑαυτῶν υἱὸν Ἄδμητον Ἀπόλλωνι Καρνείῳ.*“ (cf. frg. *Ἀπόλλ...* ap. L. Ross. I. I. Gr. III, 249, 4).

---

structum (Pol. V, 19; Curt. II, 275). Spartae »*προςελθόντι ἀπὸ τοῦ Δρόμου — ἱερὸν — Ἀπόλλωνός τε Καρνείου καὶ Ἀρτέμιδος Ἡγεμόνης*« Paus. Lac. c. 14, 6; nomen Theraeum *Φοιβοτέλης* 2448; *Καρνεοφῶν* Anaph. 2480. 2481. k; *Ξάνθε Καρνεοφῶντος* 2482. *Κάρνεα* Theocr. V, 83; *Κάρνεια* Thuc. V, 75, 2; Hdt. VIII, 72.

Apollinis cultum nummi quoque demonstrant; velut Mionnet. n. 163 Apollo plectrum laeva tenens dextra arcum nummo aeneo incisus; altero typus (Mionnet. n. 335) Apollinis Citharoedi plectrum et lyram tenentis ostenditur [100]).

Battus I Apollini Carneo aras floribus et coronis redimitas, penetrale, sollemnia annua, sacrificia, certamina curriculorum, pompas, viam sacram (Callim. hymn. ad Ap. v. 78 — 80 *μάλα καλὸν ἀνάκτορον, τελεσφορίην ἐπετήσιον, βουθυσίας* [101]) instituit. Pind. P. V, 83:

„*κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα θεῶν*
εὐθύτομόν τε κατέθηκεν Ἀπολλωνίαις
ἀλεξιμβρότοις πεδίαδα πομπαῖς
ἔμμεν ἱππόκροτον
σκυρωτὰν ὁδόν, ἔνθα πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἔπι δίχα
κεῖται θανών."

Lacedaemoniis Apollini Callistam consecrantibus (Hierocl. ap. schol. Pind. P. IV, 6) Cyrenaei deum tanquam auctorem gentis (*ἀρχαγέταν* Pind. P. V, 59; de Naxo urbe Thuc. VI, 3, 1) et conditorem urbis (*κτίσταν* C. I. Gr. III, 5141) [102]) colebant (Thrig. res Cyren. p. 281).

---

100) Cyrenensium nummus (Eckhel. doctr. n. v. P. I. 60) dei caput incisum habet.

101) Pyth. V, 72 *πολύθυτον ἔρανον*. C. I. Gr. III, 5137 *αἱ τοῦ Ἀπόλλωνος πρόσοδοι.* 5138 *τὰ τοῦ Ἀπ.* — Ceterum quod Pegius de oraculo Theraeorum agit, ex Pind. Pyth. IV, 10 (*ἔπος — Θήραιον*) sibi finxit; neque enim Therae nec Cyrenis Apollo tradebat oracula.

102) n. 5141: *Μ. Βαλέ[ρ]ιος Ἀρίστων [ἱ]ερώμενος τοῦ κτίστου Ἀπόλλωνος ἐκ τῶν ἰδίων τὸ ἴχνος* („vide ne sit id. q. *τρίβος*, semita, vel *ἀνδροβάμων* cf. vol. II. pag. 2570") *ἐπεσκεύασεν καὶ ἀνέθηκεν.* N. 5144. 5145. catalogus Apollin. sacerdot. traditur (n. 5138 Apollo Myrtous a monte Myrtosio adpellatus Callim. Del. 91). Nomen *Καρνήδας Ἰάσονος* n. 5160, cll. 5309; 5143; 5313. Pind. Ol. IX.

Sed quis est Apollo Carneus, et quid significare videtur? Welckero (in Heckeri annal. medic. a. 1832 mens. Maii p. 28) deus est exstirpans (ὁ κείρων i. e. ὁ ἀπολλύων); alii, quibus adstipulor, Arneo Argivorum comparato (C. F. Hermann. ant. sacr. §. 53, 31) deum adpellatum ita esse a cura ovium iudicant, quam sententiam linguae Graecae exemplis Lobeckius (in pathol. ling. Gr. I, c. 7, 6) confirmavit. Item Iuppiter *Melosius* Naxiorum et Corcyraeorum (C. I. Gr. II, 2418. cf. 1870), Aristaeus (§. 6) Apollo seu Iuppiter *Nomius* et Mercurius *Epimelius* (St. B.) gregum custodes colebantur. Carnei vero Apollinis cultum a Boeotis ex Thessalia translatum esse ad Cadmeidem terram veri simile videtur, ac nescio an idem Apollo est quem Thessalorum gens Thesprotica nomine indito »Aplun« (Ἄπλουν Plat. Cratyl. 405 C.; Inscr.) a Boeotis victis receperunt.

Anaphaei praeter Apollinem Carneum (Καρνεοφῶν cf. n. 2482) *Aegleten* (Αἰγλήτην Villoison. et Boeckh. ad C. I. Gr. 2482), Apollonio auctore Rhodio „εὐσκόπου εἵνεκεν αἴγλης“ adpellatum, templo (τὸ τοῦ Αἰγλήτου ἱερόν Strab. X, 484) constructo colebant[103]). Cui Argonautae in luco umbroso fanum et aram (τέμενος, σκιόεντα βωμόν Ap. Rh. IV, 1713), ubi sacra (θυηλαί) fierent, redeuntes collocarant. Praeterea tituli *Apollinem Astealtam* (Ἀστεάλταν II, 2472 a. 22; 2476, 24), »qui urbem tuebatur et ab hostibus ac pestilentia defendebat,« commemorant, Anaphae sanctissime cultum. *Pythium vel Delphinium Apollinem* (cf. Hom.

---

103) n. 2482: *Εὐγνώμων Εὐγνόμονος ἀρχίατρος Ἀπόλλωνι Αἰγλήτῃ εὐχήν.* Villoisonius contulit: Apollod. I, 9, 21; Orph. Arg. 1364; Conon. narr. 49; Callim. frg. 113 ap. Strab. X, 484; Eudociae p. 9; Phurnut. (Cornut.) Nat. Deor. c. 32; Ap. Rh. IV, 1719—1728; Hesych. I. p. 142.

hymn. I, 493 sq. E. Curtius de Ion. p. 36 not. 69 et 70) et ab Anaphaeis (C. I. Gr. II, 2481; cf. 2480 nomen *Πυθηΐδος*) et Theraeis cultum testimonia demonstrant, velut Apollinis Pythii statua ratione Aeginetarum elaborata (L. Ross. It. I. I p. 81) contra sepulcra Exomytae reperta, et mensis Delphinius (*Δελφίνιος* n. 2448) Theraeorum. Melios et ipsos Apollinis cultum obtinuisse oppidi Pollonae i. e. Apolloniae nomen confirmare videtur (Dapper. p. 384; Bondelmontii c. 23. p. 52).

2. *De Diana.* Cuius deae sacra familia Aglophanis cum Aegidis et Telesicratidis propinquitate coniuncta tenebat.

L. Ross. I. I. Gr. n. 215 Ther. tit.: „*ὁ δᾶμος ἐτείμασε τὰν ἱέρειαν διὰ γένους Ἀρτέμιδος Τέλεσιν τὰν τοῦ Ἀγλαοφάνους ἀρετᾶς ἕνεκα.*“ C. I. Gr. 2465 mensis Theraeorum *Ἀρτεμίσιος* traditur[104]). Praeterea Dianae Leriae cultum ad Theraeis transisse parvula caerulei marmoris ara rotunda (L. Ross. It. I. III p. 23) „*Παρθέν[ου] Λερίας*“ inscripta docet. Cyrenenses et ipsi Dianae Artamitia (*Ἀρταμίτια* Doriens. Ath. XII, 73) celebrasse traduntur. Anaphaei Apollinem Pythium (Ross. It. I. I. p. 84) et Dianam Servatricem coluisse C. I. Gr. II, 2481 demonstrat. „*Σιμίας Τελεσικράτους ὑπὲρ τᾶς ματρὸς Ἀκευσῶς Ἀπόλλωνι Πυθίῳ καὶ Ἀρτέμιτι Σωτείρᾳ.*“ Quo L. Rossius, I. I. Gr. n. 248 vol. III p. 311, lapidem Therae repertum mutilum rettulit[105]).

---

104) Artemisius Lacedaem. mensis Thucyd. V, 19.

105) Notabilis inscriptio est Theraea II, 2464: »*Ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος ὁ Θηραίων ἐτείμασε Τ. Φλ. Κλειτοσθένην Ἰουλιανὸν φιλοσέβαστον Ἀσιάρχην* (cf. n. 2462) *ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ, τὸν ἀπὸ προγόνων εὐεργέτην τῆς πατρίδος.*«

ΞΜΕΝΟΣΙ	[τ]έμενος ἱ[αρόν?]
ΩΤΗΡΑΙΑ[106])	[Σ]ωτήρᾳ Ἀ[ρτάμιτι]
ΝΑΣΑΣ	[Ἀθά]νας Ἀσ[τυούχου]
ΑΓΟΛΛ	Ἀπόλλ — —
ΚΑΙΘΕS	Καὶ Θεσ[μοφόρου Δάματρος?]
ΑΦΩΝΣ	ἀφ' ὧν σ[υναχθήτω ἡ ἐπικαρπία?]

Quem titulum ad Minervae Astyuchi ac Dianae Soterae fanum (v. 1 — 3) et ad Apollinis cultum pertinere recte videatur dixisse. V. 5 »Thesmophorum Cererem« subesse litteris coniecerim. Nescio an de debitoribus agitur, a quibus decimam exigunt (nomen Ἀρτεμίδωρος n. 2465). — Lacedaemonii Theram profecti ibi iam similem Artemisiis cultum repperisse verisimile. Phoenices enim et in Syria et in Africa Atargatin[107]), quae Luna habebatur, sanctissime colebant (Phavorin. Ἄρτεμις ἡ σηλήνη); ac Dianae quidem numine Lunam significari Graeci ipsi confirmant (Strab. XIV, 1).

Quod cum Dianae cultus in *Hecatam* transierit (Lobeck. Aglaoph. II. p. 1336 sq.; Aeschyl. Suppl. 676), hoc loco Artemidori versus adicimus, quibus scalas (v. 4) et lapidem nigrum (μέλαν λίθον) aut statuam *Hecatae Phosphori* lapide nigro factam dedicat Theraeorum communi et iis qui ad colendam deam illuc venient. Quam deam Byzantii quoque venerabantur (St. B. p. 178, 18).

3. Boeckh. d. Ther. I. n. 108. C. I. Gr. II. Add. 2465 b;

---

106) de forma Σωτήρᾳ cf. C. J. Gr. II, p. 402.

107) Venerem Phoenissam sive Astoreth in primis Sidonii (§. 5) colebant (II. Reg. 23, 13). — Venerem a Theraeis esse cultam non constat; sed Melii hanc deam colebant (cf. C. J. Gr. II, 2435b; de Anapha C. J. Gr. 2477). Clarac.: Sur la Vénus de Milo (Paris 1821). Cuius etypon Berolini conspicitur (Nov. Mus. Berol. catalog. p. 49).

Pegii p. 81 (scalis montis Eliae maioris incisa prope Vincentii [*Γ*] regionem Eleusiniam):

[*Ε*]*ἵσατο τήνδ' Ἑκάτην πολυώνυμον Ἀρτεμίδωρος*
Φωςφόρον ἣν τιμῶσιν, ὅσοι χώραν κατέχουσιν.
Μνημόσυνον Θήρας πόλεως κατιοῦσιν ἔτευξεν
Βά[θ]ρα τά[δ]', ἔσ[τη]σέν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος.

v. 4 *ΒΑΤΟΡΑ.* L. Rossius correxit, qui et ipse formam *μέλαν* cum accusativo casu »Melan« Ovidiano comparavit. Quis fuerit ille „*μέλας λίθος*" dubitant. Pegius ultima verba vertit sic: »Artemidorus — — a taillé ces escales pour la commodité des passants, et placé la statue qui est en pierre noire.«

4. *De Neptuno.* (Curt. Pelop. II, 278 sq. not. 65; Ross. It. Ins. I, 63).

Neptunum Taenarium (de Spartae templo Paus. Lac. c. 12; Curt. Pelop. II, 231; O. Mueller. d. Dor. I. p. 403) Therae esse cultum probabilibus argumentis A. Boeckhius disputatione quae est de Theraeorum inscriptionibus, (p. 50) demonstravit. Si Neptuni sacerdotium extabat, fortasse Euphemidae, quorum proavus Neptuni erat filius (§. 9), sacra administrabant (nomen *Ποσειδώνιος* n. 2476 m.). L. Ross. I. p. 64 de templi situ: »Westwärts [von Oea] Höhle am innern Ende durch antike Mauern gestützt, vielleicht (not. VII) ein altes Heiligthum des Poseidon.«

In Hiera insula (Strab. I, 57) Rhodii Neptuno Asphalio (*Ποσειδῶνος Ἀσφαλείου ἱερόν*· de deo conf. Suid. v. *Ταίναρον.* Schol. Ar. Ach. 509) delubrum condiderunt 197 a. Chr.[108]). Neptunus apud Cyrenenses *Ἀμφίβαιος* id est *γαιήοχος* vocabatur (Ttetz. ad Lycophr. 749).

108) Neptuni Asphalii cultum et Spartae (Curt. Pelop. II, 229; Paus. Lac. c. 11, 8) et Syri (L. Ross. Ins. It. I. p. 9; J. J. Gr. II, n. 107) et in Teniorum insula (It. Ins. I. p. 14) invenies.

5. *De Aesculapio* (Pind. Pyth. III, 6). In Thera sacra Aesculapii Aglophanis familia administrabat.

L. Ross. I. I. Gr. II. n. 210: „*ὁ δῆμος ἐτείμασεν ἱερέα Ἀσκληπιοῦ διὰ γένους Ἀγλ[ω]φάνην Θεο[κ]λεί[δα] καὶ Νεώτερον ἀρετῆς ἕνεκα.*" Anaphaei Asclapion (*Ἀσκλάπιος* C. I. Gr. II, 2477, 29; A. E. n. 441), Lacedaemonii Aglaopam (*Ἀγλαόπης* Hesych. I. p. 54; Meurs. Misc. Lac. I, 3) vel Aeglaërem (*Αἰγλαήρ*, Hesych. I. p. 140 auctore *ὁ Ἀσκληπιὸς*) colebant. Meliis cum Dea Bona Valetudine sive Hygiea[109]) esse cultum Caesarum aetatis demonstrat titulus n. 2428 (L. Ross. I. Ins. III. p. 14):

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ ὁ ἱερεὺς
Κλαύδιος Γαλλεῖνος (cf. 2429).

Et in Meliorum[110]) quidem finibus thermas fuisse tradit Athenaeus (II. p. 43): „*τῶν θερμῶν δ' ἐκ φύσεως ὑδάτων ἔνια γλυκέα ἐστίν, ὡς τὰ ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας καὶ ἐν Μήλῳ*" (cf. Plin. n. h. 31, 6). Quod cum Aesculapium per omnes Sporadas cultum esse constet, serpentis[111]) signum illud (§. 4) in meridiana Therae parte repertum non ad barbarorum sedem, sed ad Aesculapii venerationem pertinere et Asclepiadarum gentilis cuiusdam sepulcrum designasse videtur. Heroem enim eodem loco coli vero accedere negarim (cf. Plut. Cleom. c. 39, 3). Epidauro ubi nobilissimum dei fanum erat, cultum ac venerationem Sicyonem, inde Archiae opera Pergamum et Cyrenas pervenisse ferunt (Paus. II, 26 extr.). Ac Darii quidem aetate cum Polycrates inter

---

109) De Hygieae cultu Sprengel. Gesch. d. Medicin. I. p. 194. 200.

110) de natura Meli Liparis simili Diod. V, 10.

111) de serpentibus Aesculapii Sprengel. I. p. 207 sq. — Aesculapium apud Phoenices (Sidonios?) et Orphicos in Solem transisse tradunt (Paus. VII, 23, 6; Orph. frg. p. 486 ed. Hermann.).

Samios dominaretur, et ratione et arte Cyrenaeorum medici secundum Crotoniatas ordinem tenebant (Hdt. III, 130). Ibidem enim deum pie cultum esse, Aeseulapii Medici (*Ἰατροῦ* Paus. II, 26, 7) thesaurus sanctissimus Cyrenensium confirmat, cuius violati reus Pedius Blaesus a. U. 813 accusantibus Cyrenaeis senatu motus est (Tac. 14, 18, 1; C. I. Gr. III, 5144, 6, 11. *Ἀσκλαπιός*; nomina Theraea: *Ἀσκληπιάδης* n. 2457; *Ἀσκληπιάς* 2469 C; *Ἰατροκλῆς* d. Ther. Insc. I. b. Plat. Cratyl. 394 C[112]). Dei templum *Ἀσκληπιεῖον τὸ ἐν Βαλάγραις* (Paus. II, 26, 7) illic vocabatur, ubi more suo capellas deo mactabant.

6. ***De Baccho*** (cf. Ther. I. p. 96).

In Thera Mnasicriti familia sacra propolidis Bacchi administrabat.

a) C. I. Gr. II, 2462 (d. Ther. Inscr. p. 97):

„*Ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος ἐτείμασε Μνασίκριτον τὸν Διοδώρου υἱὸν ἱερέα διὰ γένους τοῦ προπόλεως Διονύσου ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ καλοκαγαθίας, τὰν ἀνάστασιν [π]οι[η]σαμένας τᾶς γυναικὸς [α]ὐτοῦ Χαιροπολείας **Τ**[ιβ]. Κλαυδίου Κυρείνα Ἀγλωφάνους θυγατρὸς ἐκ τῶν ἰδίων.*“ (cf. C. I. 2451. §. 8).

Senatus populusque Mnasicritum Diodori filium honore adficit, coniuge Chaeropolea statuam impensis suis collocante.

b) „*Καρτίνικος Ἀνθη[...]ς Θεάνορος τὸν ἀνδριάντα Διονύσῳ.*“ C. I. Gr. II, 2465.

De Cyrenensium cultu agit C. I. Gr. III, 5138: ***Κλ**[αυδία] **Βενόστα*** (Claudia Venusta n. 5140) ***Κλ. Καρτισθένους Μελίορος θυγάτηρ, Διόνυσον ἐκ τῶν ἰδίων σὺν τῷ ναῷ.***

---

112) Meli nuper chirurgorum veterum instrumenta esse reperta ephemeris Parisiensis medica tradidit (v. Archaeol. Gesellsch. a. 1855. Nov. mens. d. VI.).

(Nomen Theraeum *Διονύσιος* Ross. I. I. Gr. II. n. 206; Melium *Βάκχιος* C. I. Gr. 2430). Ibidem autem hic deus ac Nymphae (Suid. I. p. 361) Theodaesiis celebrabantur.

7. *De Iove et Iunone* (A. Boeckh. d. Th. I. p. 82):

a) C. I. Gr. II, 2476 Add.: *ΚΡΟ[ΝΙ]ΟΝΙ* »Cronioni.« Iovis sollemnia in primum anni mensem Diosthyum (*Διός-θυος*, 2448) incidisse videntur, ubi ei sacra fiebant (cf. nomina Ther. *Δίων* 2448; Cyren. 5024: *Διόδωρος* 2462; *Διόφαντο*[ς] d. Ther. Inscr. n. 37). Iovem Ctesium ab Anaphaeis coli titulus demonstrat.

b) C. I. Gr. II, 2465:

Θεᾷ Βασιλείᾳ
Ἐπί[*λ*]*ογχος? καὶ*
Μεγαρίστα χαριστεῖον.

Nescimus an Iuno Therae sit culta; recte enim A. Boeckhius Venerem Reginam (Prop. IV, 5, 63; Ath. XII, 510), Cybelen Reginam (Diod. III, 57), Iunonem Reginam (C. I. Gr. n. 1605) contulit.

Ab Epiloncho et Megarista donum (= *χαριστήριον*) esse positam deae Reginae hic titulus docet (nomen Ther. *Ἡράκλειτος*[113]).

Cyrenenses Iovi (*Ὀλυμπιεῖα* schol. Pind. P. IX, 101) et Palladi atque Telluri diis certamina celebrabant, quorum feminae participes esse solebant (Boeckh. expl. Pind. P. IX, 98. schol. p. 328; C. F. Hermann Ant. sacr. §. 67, 41). Iunonem praeterea sacerdotio nobili instituto ab iis cultam sanctissime catalogus sacerdotium Iunonis in C. I. Gr. III, 5143 (*ἱάρεαι τῆς Ἥρας*) perscriptus docet.

---

113) »[*Ἀ*]*νάγκης*« A. E. 437; Curt. tit. Att. XII. p. 25 »Mulieris an deae nomen sit non constat.« Pittakis Paus. Corinth. c. 4 contulit, deam esse sinificans.

8. *De Minerva* (L. Ross. It. I. I, 74; Boeckh. d. Ph. I. p. 2, 9).

Apud portum Athinium templum Minervae fuisse nomen ipsum docere videtur; et L. Rossio quidem auctore (I. I. Gr. III. n. 248, 3) Theraei Minervam Astyuchum colebant. A Phoenicibus deae templum exstructum esse in insula iam supra (§. 5) diximus. Priusquam Theras-coloniam deduceret (§. 5), Spartae templum Minervae (Paus. III, 15, 4) ab altera via ad Dromum ferente haud procul situm (Curt. Pelop. II, 236) condidit.

9. *De Cerere*[114]). Cererem Thesmophorum Therae esse cultum non solum ex fragmento illo tituli sed etiam e mense Eleusinio (*Ἐλευσίνιος* n. 2448) conicerem. Id vero constat Eunidas Hypsipyla et Iasone Argonauta Minyis oriundos gentem Atticam quae Eleusiniis citharistarum et praeconum munere fungebatur, propinquitate quadam cum Theraeis Minyis esse coniunctam (Hesych.; Plut. Thes. 26; A. Boeckh. d. Ther. Inscr. p. 87). Num vero Theraei apud se initia Eleusinia et ipsi egerint, ex his paucis quidem testimoniis vix confirmari potest.

10. *De Mercurio*, gymnasiorum deo tutelari.

a) In ara parva Theraea:

Ἑρμία. C. I. Gr. Add. 2475.

b) C. I. Gr. II, 2466 a: „*Μενόφιλος Θεμιστοδάμου ὑπογυμνασιαρχῶν, Ἑρμᾷ .... άρ[η]ς ἐποίησεν.*"

c) C. I. Gr. II, 2461 i: „*Αὐτοκράτορος Τιβερίου Καί-*

---

114) Pegius (p. 98) nomisma bovis imagine ornatum quod a se repertum tradit, ad Phoenices rettulit. Immerito; bos enim erat quasi simulacrum quoddam fertilitatis, quo nummi Atheniensium veterrimi (schol. Ar. Av. 1105; Poll. 9, 60; Plut. Thes. 25) et Romani (Plin. n. h. 18, 3) signabantur.

σαρος ἱερέα Θεμιστοκλ[έ]α Ἀγλωφάνην [τὸν] γυμνασίαρχον ἔστ[ασαν] οἱ ἐφηβευ[κ]ότες[115]) *ἀρετῆς ἕνεκα.*"

d) C. I. Gr. Add. II, 2462 (basis Auli Plotii):

Τὸν ῥήτο[ρα] Ὠ[λ]ον Πλώτιον [Σ]ά[τυ]ρον Ὤλου Πλωτίου [Λεω]νίδου Ἀσιάρχο[υ] Ὦλον Πλώτιον Θεο . . . Βοιωτάρχου ἀδε[λφὸν] οἱ μετέχοντες τοῦ ἱερ[οῦ] συνεδρίου τῆς ἐν Οἴᾳ παλαίστρας, τὸν ἐκ προγόνων εὐεργέτην τῆς πατρίδος (Ross. It. I. I. p. 61). »In columna rotunda, quae est in ecclesia D. Nicolai prope Camari.«

Quibus titulis consequitur, a Theraeis Ti. Claudio Caesari et sacerdotium et gymnasium cui sacerdos idem praeesset, esse condita; cuius gymnasii hypogymnasiarchus 2466 a. commemorari videtur. Pars autem huius gymnasii palaestra illa Oeensis (2462) videtur esse, cuius participes sodalicio coacto (*συνέδριον ἱερόν*) Aulum Plotium Leonidae Asiarchae filium Satyrum rhetorem qui artem dicendi tradere illic solebat, et Plotium Theo — — filium, Boeotarchi fratrem honore adficiunt. Gymnasium enim publicum, veluti Timoleonteum (Plut. Timol. extr.), pluribus palaestris contineri solebat. Ad Melios pertinet C. I. 2430 „*Ἑρμᾷ Ἡρακλεῖ*" praeeuntibus his verbis *Βάκχιος Σατίου ὑπο-[γυμνασιαρχή]σας τὰν τε ἐξέδραν καὶ τὸ* — — (cf. Hermheraclae ap. Cic. Att. I, 10). Hic Bacchius Mercurio et Herculi posteaquam provinciam suam administravit, porticum vicinis cubiculis additis dedicavit, qua iuvenes et sermones inter se sererent et palaestra defessi quiescerent.

11. *De Cybela.*

---

[115]) Trecenti Cyrenis ephebi erant (*τριακάτιοι* Hesych. Eustath. ad Od. VIII. p. 303; Ammonius).

a) C. I. Gr. II, 2465 T; Rangabé 843:

„*Οὖροι γᾶς θεῶν ματρί.*“

Θεὸς ἀγαθᾷ τύχᾳ δαίμονος θυσία Ἀρχίνου· τῷ ἔτει τῷ πρατίστῳ[116]) *θύσοντι βοῦν καὶ πυρῶν ἐγ΄ μεδίμνους καὶ κριθᾶν δύο μεδίμνους καὶ οἴνου μετρητὰν καὶ ἄλλα ἀπάργματα ὧν αἱ ὧραι φέρουσιν, μηνὸς Ἀρτεμισίου πέμπτᾳ ἱσταμένου καὶ μηνὸς Ὑακινθίου πέμπτᾳ ἱσταμένου.*“ L. Rossius (It. I. III. p. 28) capedunculam deae consecratam ornatamque duobus leonibus, ac Veneris icunculam simul repertas prodidit (Goettling.: de Magna Matre. Bull. Inst. Archaeol. Rom. 1841. p. 51).

b) C. I. Gr. II. Add. 2465; A. E. 434:

„*Σώφαντος Μόλλιος*
ματρὶ θεῶν.“

c) C. I. Gr. II, 2465 d. Add. vasculo marmoreo incisa (A. E. 435) inter Contochorium et Phirostephani reperta:

„*Ἐμβάρης θεῶν μα[τρὶ δ]εκάταν,*“

quem ad titulum Pittakis contulit Hesiod. theog. 410—450. Nomen hominis Graecum esse non videtur; cf. *Ἀρτ—εμβάρης* Medus Hdt. I, 114; IX, 122 al.

12. ***De Priapo,*** vinearum (Strab. XIII, 1. 587; et §. 4) ac finium deo tutelari epigramma Theraeum in C. I. Gr. II, 2465 b; L. Ross. It. I. I. p. 61; A. Boeckh. d. Ther. I. n. 109:

[Ἥ]κω Πρίαπος [τῇ]δε Θηραίωμ πύλει
Ὁ Λαμψακηνὸς πλοῦτον ἄφ[θ]ιτομ φέρων,
[Καὶ σύμμαχος] πάρειμι καὶ παραστάτης
[Τοῖσιν] πολίταις τοῖς τ᾽ ἐνοικοῦσιν ξένοις.

Quem titulum A. Boeckhius ad thesaurum a Phrixo Hellae fratre Lampsaci relictum (schol. Ap. Rh. I, 955)

---

116) A. Boeckh: »proximo qui insequitur anno«; Goettling. haud ita bene: »ineunte vere«.

rettulit. Comparetur L. Veri nummus Theraeus (Mionn. n. 333) Terminum deum in templo adstantem repraesentans.

13. *De Dioscuris* (A. Boeckh. d. Ther. I. c. 2).

C. I. Gr. II, 2476 S. Add. *Κάστορ[ι]* nominibus Theraeis fere sex supra scriptis.

Dioscuri sive Anaces praecipue heroes Spartae tutelares (Pind. Isthm. 4, 33; Pyth. 12, 63) Therapnis (Curt. Pelop. II, 316. n. 42) colebantur (Pind. N. 10, 55). Inde fratrum Helenae cultus Theram, deinde Cyrenas et Agrigentum pervenit, ubi ab Emmenidis domo Theronis Theoxeniis colebantur sanctissime (Od. Mueller. Orch. p. 327 seu 339; A. Boeckh. d. Ther. I. p. 45, 87; expll. Pind. p. 135. Pind. Ol. 3, 1 „*Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων εὔχομαι*“). De Cyrenaeis schol. Pind. P. V, 6 („*ἕκατι χρυσαρμάτου Κάστορος*“): „*ὅτι ἐπιφανῶς ἄγουσιν οἱ Κυρηναῖοι τὰ Διοσκούρεια Βάττου πρώτου παραδείξαντος τὴν εὐχήν*[117]).

14. *De Hyacintho.*

Hyacinthum heroem Lacedaemonium (O. Mueller. d. Dor. II, 281. 452; Paus. III, 10, 10; 19, 3; Xen. Hell. IV, 5, 11) cui Amyclaeorum populus agebat sollemnia, a Theraeis esse cultum ex mense Theraeo Hyacinthio (*Ὑακίνθιος* 2565 F.) conicimus[118]).

---

117) A. Boeckh. d. Ther. Inscr. n. 84. 87 *Μίθρης*, utrum sit servi nomen an Isiacus (Mithras, Isidis sacerdos Appulei. Met. XI. p. 267, 35; 270, 13), mihi non constat.

118) Ad aetatem Christianam pertinet titulus Theraeus ap. Peg. c. 2, p. 25: »*Ἀναΐας θυρωρεῖ*«, i. e. »Anaïas (עֲנָיָה) custor ecclesiae.« Praeterea Ludov. Rossius titulum Theraeum, quem prope Perissam invenerunt, de collecta ecclesiae aedificandae scriptum alio loco (It. ad ins. Coum. etc. p. 65) laudat. Meliorum autem inscriptio-

B. De mortuorum cultu.

Pind. Ol. VIII, 77:
„ἔστι δὲ καὶ τι θανόντεσσιν μέρος
„κὰν νόμον ἐρδόμενον·
„κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
„συγγόνων κεδνὰν χάριν.“

L. Rossius[119]) (It. I. I. p. 67; III. p. 37) lagenulis (πίθοις) cinerum plenis repertis et sepulcris rupi incisis[120]) Therae morem usu venisse et cremandi et sepeliundi iure coniecit[121]). Praeterea Stephanus (v. Θήρα p. 313; Eust. D. Per. 530) de Theraeis tradit, in insula morem fuisse, ut quicunque intra L et VII annos decesserant, non plorarentur.

---

nes sepulcrales II in publicum edidit (J. J. Gr. III. n. 246 a. b. c.), Christianorum puticulis incisas. Quarum alteram addimus barbara lingua scriptam: Ἐν Κυρίῳ· Οἱ πρεσβοίτεροι οἱ πάσης μνήμης ἄξιοι Ἀσκλήπις καὶ Ἐλπίζων κὲ Ἀσκλήπις ..... κὲ Ἀγαλ[λ]ίασις διάκονος καὶ Εὐτυχία παρθενεύσασα κὲ Κλαυδιανὴ παρθενεύσασα καὶ Εὐτυχία ἡ τούτου μήτηρ ἔνθα κεῖντε· καὶ ἐπὶ (lege ἔτι) γέμι τὸ θηκίον τοῦτο (i. e. »ac nunc quidem sepulcrum est refertum; noli igitur alium quemquam hoc loco componere«)· ἐνορκίζω ὑμᾶς τὸν ὧδε ἐφεστῶτα ἄγγελον μή τίς ποτε τολμή[σῃ] ἐνθάδε τινὰ καταθέσθε (deicere)· Ἰησοῦ Χριστὲ βοήθει τῷ γράψαντι πανοικί.«

119) Lobeck. Aglaoph. II, 1333; A. Boeckh. d. Ther. J. p. 51; L. Ross. It. I. p. 72; Valckenaer epistul. ad Roev. p. 69; Mém. de l'A. des J. III, 407; Graec. Intp. ad Ap. Rh. I, 587; Wesseling. ad Diod. III. p. 148, 69; 247, 32; lib. IV, 40; Herald. ad Mart. 10, 61; Is. Casaub. ad Suet. Caes. c. 88; J. G. Schneider. lex v. ἥρως.

120) L. Ross.: de sepulcris Theraeorum rupi incisis.

121) Cyrenis, ubi incolae matrimonia cum Libyssis inierunt, tamen Doriensium sepulcrorum morem retinebant (Δωρικοὶ τάφοι Synes. περὶ καταστ. p. 10). Meli puticulos Christianorum arcis lapideis (θηκίοις) refertos reppererunt. Vide not. 118.

Sed qua consuetudine praesertim excellunt, est ea, qua mortuos sive privatim sive publice honoribus heroum[122]) adfecerunt (Eust. D. Per. 530; Nymphis ap. schol. Ap. Rh. IV, 245; C. I. Gr. II, 2467 — 2473; L. Ross. I. I. Gr. fasc. II. p. 203 — 218).

a) *de Thera insula.*

1. Paus. III, 1, 7 de Thera conditore:

„*Καὶ οἱ καὶ νῦν ἔτι Θηραῖοι* (aetatis Hadriani) *κατ' ἔτος ἐναγίζουσι τῷ Θήρᾳ ὡς οἰκιστῇ.*"

2. L. Ross. It. Ins. I p. 37; C. I. Gr. 2471:

Καλλικράτης
Θεομνάστου
ἥρως.

3. L. Ross. I. I. Gr. II n. 206:

[*ὁ δᾶμος ἀφηρωϊξεν*]
Θεόδοτον Λεωνίδου
νέον ἥρωα
ἀρετᾶς ἕνεκεν
Διονυσίου ἐκ τῶν ἰδίων δαπανήσαντος.

v. 3 *νέος ἥρως* »heros adolescens.«

4. Epictetae testamentum (§. 9) C. I. Gr. II. 2448, 1.

Epicteta Grinni filia secundum coniugis mortui voluntatem viva MMM drachmas ad colendas Musas et heroes tum Phoenicem et Epiteliam, tum Cratesilochum et Andragoram constituit. Quam pecuniam praedia ab Epicteta ipsa parta praestant et dum ipsa vivit et si heredes (*κλαρονόμοι*) et alii successores (*διάδοχοι*) sequantur. Epi-

---

122) heros 1, homo Homericae quam adpellant aetatis. 2, vir fortis (Cic. Serv. ad Vergil. Aen. I, 200). 3, divus (bonus), velut *τὸν ἥρω Φαιδρίαν* Alciphr. epist. 3, 37, id quod alias Graeci voce *μάκαρος* vel *μακαρίτου* significabant.

teliae filiae templum Musarum sacellis heroum (*ἡρῴοις*) ornatum relinquit ea condicione, ut mense Eleusinio (col. II, 8; III in.) quotannis sodalicio cognatorum CCX drachmas pendat. Nemo neque heroa neque anaglypha (*ζῷα*) alienabit, nec fanum (*τέμενος*) quodquam nisi porticum (*στοάν*) adiciet, nec quidquam heres usui fructui dabit cuiquam, ni quis Epiteliae filiorum matrimonium contraxerit. Sodalicium vero a templis unumquemque arcendi potestatem habeat. Andragoras Epiteliae filius Musarum et heroum sacerdotium (*τὰν ἱερατείαν τᾶν Μουσᾶν καὶ τῶν ἡρώων*) administrabit, cui mortuo quicunque natu maximus est Epiteliae gentis succedet. Itaque sodalicium Delphinio mense[123]) (col. II, 32; IV, 26) quotannis Museo (*Μουσείῳ*) conveniet, ubi drachmas illas CCX successor Andragorae recipiet ac III epimenios (*ἐπιμηνίους*)[124]), qui sacrificandi munere fungantur, de suis leget. Si pecunia non solvitur, sodalicium quos supra diximus agrorum (*ἐμ Μελαιναῖς*) habebit usum fructum (*καρπείαν*). Syllogenticum ad XV tantum drachmas descendit (col. IV, 1). Sacrificia ita fient, ut undevigesimo die Musis, vigesimo (*εἰκάδι*) Phoenici et Epiteliae, uno et vigesimo (*ἀμφεικάδι*) Cratesilocho et Andragorae heroibus, quidquid praebetur, templo inferant. Epimenii cum sacrificantur heroibus, viscera (*σπλάγχνα*) et panificium

---

[123]) menses Theraei adhuc V traduntur titulis: *Δελφίνιος* (2448), *Διόσθυος* (2448, IV, 1) primus anni mensis (Boeckh. C. J. II. p. 390), *Ἐλευσίνιος* (2448), *Ἀρτεμίσιος* (2465 F. Add.), quibus *Καρνεῖος* documento videlicet haud confirmatus adiciatur. Num decades fuerint, incertum. C. J. Gr. II. 2448: *δευτέρα, ἐννεακαιδεκάτα, εἰκάς, ἀμφεικάς* (dies XXI.); Rangabé 764: *ἑβδόμα*. Cf. 2465. F.

[124]) L. Ross. J. J. Gr. II. p. 69. n. 175. v. 9, 17 *ἐπιμήνιοι* Coorum (v. 24. 25 *ταμίαι* quaestores sacrae pecuniae).

dimidia sodalicio tradent (*ἐλλύταν*); cetera ipsi recipient. Gentis princeps autem et sodalicio coronas diis dedicatas et epimeniis placentas Laconicas (*πάρακας* = *βάρακας* Meinek. comic. Gr. fr. vol. II. P. II. p. 888), panes siligineos (*ἄρτους*), vinum exoticum (*οἶνον ξενικὸν*), opsonia (*ὀψάριά τινα*), caseum (*τυρὸν καπυρόν*), tritici V choenices praebebit. Testamentum Argeae (§. 9) L. Rossio auctore legatum CCCCC fere drachmarum sodalicio (v. 1. 7. *τῷ κοινῷ*) relinquit, „*ὥστε ἐπάγεσθαι ἀ[νὰ] πᾶσαν ἑβδόμαν αὐτᾶς τε καὶ τᾶς θυγα[τρὸς] Ἰσ[θμῶς] καταβ*—", ubi L. Rossius *καταβώμια* sive *κατὰ βωμὸν* — — — supplevit.

5. Publica decreta:

a) C. I. Gr. II, 2469 c. (»heroum Erasicleae«).

„*ὁ δᾶμος ἀφηρώϊξεν Ἐρασίκλειαν Ἐρατοκράτους ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ σωφροσύνας.*

b) C. I. Gr. II, 2469 b.

„*ὁ δᾶμος Μηδοκρίταν Τεισιχάρου σωφρόν[ως καὶ ε]ὐσεβῶς? β]ιώσασαν ἀφ[ηρώϊξεν].*" L. Ross. I. I. Gr. II. n. 203.

c) C. I. Gr. II, 2469:

„*ὁ δᾶμος Πολυάνορα Πολυκράτου [ἀφ]ηρώ[ϊξεν].*"

d) L. Ross. I. I. Gr. II n. 208. Populus herois honores Plistoanacti[125]) Pelopidae filio tribuit. C. I. Gr. II, 2468. Mutila est n. 2470: „*ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος ἀφηρώϊξεν*" — — —

e) L. Ross. I. I. Gr. n. 216. *ὁ δᾶμος ἀφηρώϊξε τὰν θυγατέρα Συμάρους προξένω καὶ εὐεργέτου.*

[125]) Alia nomina Laconica: *Προκλῆς* d. Ther. Inscr. I. a.; *Ἀρίστων* Hdt. I, 67. Laced. rex; d. Ther. I. n. 55. 68 Aegida; *Ἀκρότατος* C. I. 2472c; Laced. ap. Plut. apophtg. Lacon.

6. Privati deum honores tribuunt:

a) C. I. Gr. 2471; L. Ross. II, n. 204 vir uxori.

b) C. I. Gr. 2472. e. L. Ross. II, n. 209 (arae sertis et boum capitibus ornatae incisa) uxor coniugi.

c) parentes filio C. I. Gr. 2473.

d) filius matri L. Ross. II, n. 205.

e) filius patri C. I. Gr. 2472. a. l.

f) pater alumnae (*τὰν θρεπτάν*) L. Ross. II, n. 251.

b) *de Melo insula.*

1. L. Ross. III, n. 246:

„*Ἰ[σ]αγόρα ἡ Ζωσίμου θυγάτηρ Παγκλέα τὸν ἑαυτῆς καὶ Σαμο[κ]λ[έ]ους υἱὸν ἥρωα.*“

2. C. I. Gr. II, 2439 elogium (v. 3. 10):

„*Στέργω καὶ φθιμένα τὸν ἐμὸν πόσιν· οὐ γὰρ ὀθνείαις*
Φροντίσι θαητὸν τύμβον ἔτευξε βροτοῖς,
Καὶ τιμαῖς ἰσόμοιρον ἔθηκεν τὰν ὁμόλεκτρον
Ἥρωσιν φίλτρων εἵνεκα τερπνοτάτων.
Κλεινόν δ' οὔνομά μοι, ξένε, Κυδίλα· ἐσθλὰ δὲ ναίω
Δώματα Φερσεφόνης χώρῳ ἐν εὐσεβέων
Πατρὸς κληζομένα Δαμαινέτου· ἐκ δέ γε μητρὸς
Κλεισφύσσας δοιῶν εὐεργετᾶν γονέων.
Αἰνείσθω ξυνόμευνος· ἐπεὶ γέ με κἀποθανοῦσαν
Ζηλῶν ἀθανάταις ἠγλάϊσεν χάρισιν.“

3. C. I. Gr. II, 2427:

„*Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Ἐπαφρόδειτον Ἀστέκτου ἥρωα.*“

c) *de Cyrenis* (Nymphis l. l.).

1. Pind. Pyth. V, 89 de Batto I (Polymnasti filio, Pind. P. IV, 59):

„*μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα*
ἔναιεν, ἥρως δ' ἔπειτα λαοσεβής·

ἄτερθε δὲ πρὸ δωμάτων ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
βασιλέες ἱεροὶ
ἐντί“ — — —.

Catull. VII, 6 »Batti veteris sacrum sepulcrum.«

2. C. I. Gr. III, 5168 Boeckh.: [126])

„*Σωτάδα τὸ σαμᾶον καὶ τὸ δ[ειπ]ν[η]τήρ[ι]ον.*“ cf. Plut. Morall. V, p. 169: „*ἡρῷα δειπνῶν τοῦ ἐπιταφίου*“, et Poll. VIII, 146 (cf. c. 66) *περίδειπνον, ταφή.*“

---

126) De arte et litterarum studio Theraeorum non traditur; potius externorum artificum tituli mentionem faciunt. 1. Bacchum enim sculpsit *Σῖμος Θεμιστοκράτους Σαλαμίνιος* C. I. Gr. II, 2465; Sillig. catalog. artiff. p. 421; 2. A. Boeckh. d. Ther. Inscr. 4; Franz. Epigr. Inscr. 4: *Ἀρίμανος τοῦ Ἔκνα Ῥόδιορ ἐξαίη*, ante Ol. 135. 4. Apud Melios: C. J. Gr. 2435 Antiphanes Thrasonidae Parius. — De Arionis statua dedicata A. Boeckh. d. Ther. J. p. 71. Ignotus est artifex quem laudat 2466. a. 2: .... *άρης ἐποίησεν*, et Antiochenus Maeandri a Scopae Parii schola profectus, qui Venerem Meliam elaboravit.

VITA.

Natus sum Carolus Fridericus Ludovicus Eduardus Voswinckel in urbe Westphaliae cui nomen est Hamm, huius saeculi anno XXXII patre Eduardo, matre Ida gentis Sethiae.

Accidit ut pater qui adsidebat loci illius iudicio, paullo post consiliarii nomine Berolinum vocatus transmigraret. Ibidem scholam coepi Dorotheanam frequentare, cui tunc praeerat F. Zinnowius. Quinque fere post annos eo perveni, ut gymnasio Friderico-Werderano traderer, quod hodie E. Bonnellio directore floret. Ibidem VII fere annos commoratus universitatem litterariam Berolinensem adii, ubi litterarum antiquarum studiis imbuerer. Itaque A. Boeckhii viri doctissimi scholis et quod ipse summa cum humanitate moderatur, seminarii philologici exercitationibus interfui haud neglecto quod M. Hauptius de poetis Latinis et M. Hertzius de antiquitatibus et litteris Romanis tradunt.

Cum interim scholis ab F. A. Trendelenburgio de philosophia habitis intereram, ceteris disciplinis hanc viam inii, ut de rebus antiquis E. Curtium, de medio aevo F. Raumerum audirem, de terrarum describendarum

ratione ac via C. Ritterum, atque scholas adiunxi quibus ab E. W. Hengstenbergio vetus, ab A. Twestenio novum testamentum tractari solet.

A. Boeckhii doctoris egregii motus auctoritate, quidquid veteres ipsi de Thera et Melo insulis memoriae prodiderunt, titulis et huius aetatis libris adhibitis complecti et ante oculos exponere studui. Quodcum auctores, de quibus dixi in prooemio, plerique sententiis acutis excellant et magna ex parte hoc opusculum praepararint, raro plane nova invenies, nisi forte, siquid male narratum videretur, res aliter describere cogebar.

THESES.

1. Recte a F. W. Schneidewino editum esse apud Sophoclem (Electr. v. 513—515):
   „οὔ τί πω ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκους πολυπάμονας αἰκία."
2. Ontologiam esse cognoscendi principium.
3. Aeschyl. Sept. v. 83—85 non satis esse emendatum.
4. Qui Theognidei haberi solent versus 891—894, *antiquioris* esse *poetae.*
5. Suspectum esse quod scripsit schol. Hor. Carm. 4, 9, 9: »*Anacreon satiram scripsit, amicus Lysandri.* Alii dicunt, quod scripsit Circen et Penelopen in uno laborantes.«
6. Apud Soph. Oed. Col. v. 9 *non opus esse* emendatione „θάκησιν."


3 0112 105479445